



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

E

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

tract.6.ref.1. & part.6.tract.6.ref.20.

10 Quod attinet ad scripta prouocantia ad duellum, possunt famuli ea scribere, si alioquin ipsis immineret periculum mortis, aut alterius grauis damni. In nullo autem casu licet ea scripta deferre: quia id est intrinsecè malum, quamvis opposita sententia nō sit improbabilis. Merolla p.3.tr.6.ref.1.

E BRIETAS.

1 *Q*vando quis magnū malum V.G. proditionem ciuitatis, vel non recuperationem eius à legitimo Principe, non posset impedire, nisi quoddam inebriando, probabile est id licere. Less. Idem est ut quis se eripiat è manibus lationum. Less. & alij 2.p.6. tr.7.ref.4.

2 Quando ad euitandam mortem, sive ex morbo, sive ex malitiâ alterius, necessarium est tantum bibere unde inebrieris, licet id facies. Less. & alij ibid.ref.44.

Ecclesia.

1 *R*epræsentationes, sive actiones sacræ possunt in Ecclesiis fieri. Angelus. p.4.tr.4.ref.184.

2 Nol.

2 Non polluitur Ecclesia nisi in eâ fundatur sanguis in abundantia. Suar. & alij 6. Sed & si quis rixando cum altero, & pugno nares eius percutiendo in Ecclesiâ copiosum eliciat sanguinem, non tamen polluetur: quia facile inde fluit sanguis. Fagund. & alij 4. Neque si quis ante Ecclesiam occisum, sed adhuc calidum, ideoque intra Ecclesiam delatum, quia credit adhuc viuere, in ipsâ Ecclesiâ de novo vulneret, vnde copiosus fluat sanguis: quia non funditur in Ecclesiâ sanguis hominis viui. Fagund. & Henr. p. 6. tr. 6. ref. 15. & 24.

3 Ecclesia polluitur si quis in eâ grauiter vulneretur, quamuis ex eâ exierit ante quam sanguis effluxerit. Suar. & alij 12. Contrarium tamen non caret ratione. Non tamen polluitur per hoc quod quis in eâ grauissime sit contusus, vnde paulo post domi moriatur: quia tunc nec sanguis in eâ effusus, nec homicidium factum est. Suar. & alij 5. Vniversim autem ut Ecclesia censeatur polluta, probabile est requiri iudicialem delicti notitiam, siue per sententiam judicis. Fagund. & alij. ibid. ref. 47. 26. & 27.

4 Ecclesia polluta, vel violata, si sit
CON-

consecrata, debet reconciliari per Episcopum proprium, vel per alium Episcopum de eius licentiâ, & cum aquâ se, vel ab alio Episcopo benedictâ, cum vino & cinere. Si autem sit tantum benedicta, potest per simplicem Sacerdotem reconciliari, & aquâ communi. (Henriq. & alij 5.) Vnde etiam id possunt Superiores Regularium. Auila & alij 6. Imò etsi fuerit consecrata, non debere necessariò ab Episcopo reconciliari, sed posse à Simplici Sacerdote de illius licentiâ, putant Sà & alij 2. sed in probabiliter, alij iudicent. p. 2. tr. 15. ref. 6. & p. 4. tr. 4. ref. 91.

5 Ecclesiæ ab Episcopo benedictas possunt Superiores Regulares reconciliare aquâ per ipsos benedictâ, quando Episcopus absit per duas dietas, id est itinere duorum dierum iuxta itinerum istius regionis consuetudinem. Henriq. & alij p. 6. tr. 6. ref. 22.

6 Ecclesia polluta reconciliatur per hoc quod quis in eâ celebret. Henriq. & alij 6. etsi mala fide id faceret. Sà quamuis hoc neget Laym. Porro qui in ea celebrat non tantum non fit irregularis, sed nec incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiæ. Suar. & alij 6. ibid.

ref. 18. & p. 2. tr. 14. ref. 69. & p. 5. tract. 13.
ref. 60.

Ecclesiarum immunitas.

1 Ecclesiarum immunitas est de iure
diuino. Cenedus & alij 3. part. 4.
tr. 1 ref. 44. Imò quidam docent et si
postea ab Ecclesiâ reus egrediatur, non
posse tamen à iudice laico puniri: eò
quod immunitatem conferat in illa
priùs fuisse. Fagund. & alij 8. part. 6. tr. 1.
ref. 33. & 34.

2 Constitutio Greg. XIV. de immuni-
tate Eccles. non tantum derogat priui-
legiis Principum, sed etiam iuri com-
muni, & consuetudinibus. Filliuc. &
alij 20 p. 1. tr. 1. ref. 1. vnde nulla consue-
tudo siue generalis, siue in casu parti-
culari, potest in contrarium præualere.
Suar. & alij 9. p. 6. tr. 1. ref. 29.

3 Qui in Ecclesiis seu cœmertiis com-
misit quæcumque atrocia criminis, ex-
cepto homicidio & mutilatione mem-
brorum, gaudet immunitate Ecclesia-
rum, quia Bulla illa duo sola excipit.
Bonacin. & alij 6. p. 3. tr. 1. ref. 2.

4 Qui in Ecclesiâ committit homici-
dium, vel membrum mutilat, non ex
proposito, sed in rixâ ortâ per accidēs.

& ex calore iracundia, non videtur
ex verbis Bullæ immunitatem amittitur,
& multiò magis qui vulnerat tam
tum absque mutilatione, etiam cum
sanguinis effusione. Azor. & alij 6. Vi-
nec qui alium violenter ex Ecclesiâ ex-
trahit, & tunc eum occidit, vel mutilat.
Bonacin. & Calrop ibid. ref. 11. & p. 4
tr. 1 ref. 107. & p. 6. tr. 1. ref. 7.

5 Siquis existens in Ecclesiâ, vel mon-
sterio, per fenestram occidat scloperto
alium existentem extra Ecclesiam, ga-
det immunitate: à qua excluduntur ti-
tum occidentes in Ecclesiâ (Bonacin.)
At contrà qui existens extra Ecclesiam,
occidit existentem in Ecclesiâ im-
munitatem amittit. (Bonacin. & alij 4.) Non
autem si qui existens in Ecclesiâ man-
dat homicidium extra illam committi,
nec qui existens extra, mandat intra
homicidium committi. Quia qui man-
dat occisionem, nō dicitur propriè oc-
cidere; at in pœnalibus, & odiosis ver-
ba Bullæ non sunt extendēda. Farinac.
& alij 3. p. 1. tract. 1. ref. 9. & 10. & part. 6.
tract. 3. ref. 7.

6 Qui in atrio, vel scalis Ecclesiâ ho-
minem occidit, si post delictum confu-
giat ad Ecclesiam, gaudet eius immu-
nitate.

nitate : quia non occidit in Ecclesiâ.
Barbos & alij p.3. tr.1. ref.39 & p.6. tr.1.
ref.7. Item qui deliquerit iuxta Ecclesiâ,
sub spe confugiendi ad eam , gaudet
ipsius Ecclesiæ immunitate.Suar. & alij
15. p.1. tr.1. ref.3 & p.6. tr.1. ref.10.

7 Qui occidit inimicum non proditorie, sed ex insidiis, gaudet immunitate.
Quia Billa excipit solum homicidium
proditorum, id est, quod factum est
per simulationem amicitiae.Bonacin. &
alij 3. Item si proditorie voluit quidem
occidere, sed non occidit tamen de fa-
cto.Suarez & alij 10. p.1. tr.1. ref.5. & 4.
& p.4. tr.1. ref.83 & p.6. tr.1. ref.33. & 12.
8 Reconciliatus inimico cum fideiul-
fione de non offendendo, si postea illū
occidat, nondum dicitur proditorie oc-
cidisse, vt careat immunitate Ecclesiæ,
quia, vt suppono, non intercessit arctior
aliqua amicitia simul comedendo, al-
loquendo, &c. vnde poterat præsumi,
non obstante fideiulione, adhuc odium
durare.Riccius, & de Marinis p.1. tr.1.
ref.35. & p.4. tr.1. ref.34.

9 Qui veneno alium occidit, ex om-
nium ferè DD. sententiâ , non gaudet
immunitate , quia proditorie occidit.
Farinac.p.1. tr.1. ref.36. sed hoc intellige-

180 Ecclesiar. immunit.

quando sic occiditur aliquis cum quo
nulla præcessit inimicitia. p. 6. tr. 1. ref. 11.

10 Qui infidelem proditorie occidit,
gaudet immunitate. (Bonacin. & Ambrosin.) uti & qui eundem occidit pe-
cuniâ conductus : quia non est assassinus. Couarr. & alij 3. ibid. ref. 105. part. 4.
tr. 1. ref. 105.

11 Qui pecuniâ conductus, ex man-
dato alterius aliquem occidit, præsente
ipso mandante, non est propriè assassinus,
nec priuatur Ecclesiæ immunitate.
Castrup. & alij 2. Imò neque mediator
assassinij illâ priuatur; quia eo ipso non
est assassinus Gambac. & alij 2. Neque
qui tentauit assassinium, morte nonse-
cutâ. Laym. & Castrup. neque qui ani-
mo complacendi tantum alicui homi-
cidium perpetrauit. Ambrosin. & alij 1.
Neque si pro homicidio promittatur
quod non est in potestate promitten-
tis v.c. dare aliquam in uxorem. Fani-
nac. & Boss. p. 1. tr. 1. ref. 18. & p. 4. tr. 1.
ref. 109. & 33 & p. 6. tr. 1. ref. 11.

12 Falsus testis etiam pecuniâ ad hoc
corruptus, & ob cuius depositionem
alius morti est addictus, gaudet immu-
nitate, Bonacin. & Castrup. p. 4. tr. 1. ref.
104. & p. 1. tr. 1. ref. 19. & p. 6. tr. 1. ref. 26.

13 Occi-

13 Occidens Clericum, quamuis sacralegium committat, non tamen amittit immunitatem: quia excipiuntur tātūm homicidia proditoria, & per assassinū commisla. Farinac. & alij 4. part. 1. tr. 1. ref. 34. & p. 4. tr. 1. ref. 68.

14 Committens crimen lēse maiestatis in Principem non supremum, gaudet immunitate: quia Bulla tantūm excludit offendentes personam Principis supremi, Barbos. & alij 3. Inter quos tamen computandi quoad hoc etiam Cardinales. Gambacurt. & alij 2. Imō mandantes eos offendī amittūt immunitatem, et si effectus secutus nō fuerit. p. 1. tr. 1. ref. 6. & p. 5. tr. 2. ref. 86. & 87.

15 Rebellis, vel qui offendit statuas, vel imagines Principis, vel etiam qui machinatur proditionem cūitatis, vel regni, gaudet immunitare: quia licet committat crimen lēse maiestatis, non tamen personam Principis offendit. Porro si is qui personam Principis offendit, non est ei subditus nec origine, nec domicilio, hanc immunitatem nō amittit; quia non censetur committere crimē lēse maiestatis. Farinac. & alij 2. Hinc à fortiori non amittit immunitatem qui Regium Ministrum, puta Gu-

M 3 ber-

182 Ecclesiar. immunit.

bernatorem, Præsidem &c. occidit. Bonac. p. 1. tr. 1. ref. 7. & 20. & p. 6. tradi. ref. 18.

16 Gaudent immunitate quævis crimina præter illa excepta; vnde & filius occidens patrem; & periuri; & adulterii; & simoniaci; & blasphemii; & Sodomitæ; & falsi monetarij; (Villalob. & alij 3.) & fraudates regia tributa; (Sanz. & alij 13.) & incendiarij; (Bonac. & alij 2.) etsi fores Ecclesiæ combustæ; ad eam deprendandam. (Peregrin. & Nauar.) & fures etiam qui cum facto ad Ecclesiam confugiunt. (Bonac. & alij) & apostatae à religione præterquæ in Ecclesiis eiusdem Religionis (Farinac. & alij 5.) & raptores Virginum vel deflorantes Monialem, etsi defloratio facta esset in ipsâ Ecclesiâ. (Fagund. & alij.) & qui carcerem effregerunt, vel qui sub iuramento redeundi ex eo deflent dimissi (Farinac.) Item qui quis debitores. (Sanch. & alij 10.) Qui vulnerat actu confidentem, vel aliud sacramentum suscipientem, modò id non faciat animo hæretico. Item qui alienum occidit in duello. (Farinac. & alij.) Item qui confugiens ad Ecclesiam gestat secum sclopetum, aut alia arma prohibita.

bita; neque potest iudex laicus illa ipsi
in Ecclesiâ auferre, defectu iurisdictionis
in eo loco. (Farinac.) Denique etiam
infideles, Saraceni, & Iudæi; quia
priuilegium illud concessum est non
intuitu personarum, sed loci. Azor. &
alij 15. et si alij contrarium doceant.
Laym. & alij. p. 6. tra. 1. ref. 25. 26. 19. 20.
16. 9. 14. 17. 8. & 23. & p. 5 tr. 1. ref. 2. &
p. 4. tract. 1. ref. 51. 45. 43. 46. & 50. & p. 3.
tr. 1. ref. 37. & p. 1. tract. 1. ref. 21. 23. 32. 17.
8. & 22.

17 Et si publicilatrones, & grassatores
viarum priuentur immunitate, tales
tamen non censentur qui semel, vel bis
in viâ publicâ, & cum violentiâ depre-
dati fuerint. Castrop. & alij 11. part. 6.
tr. 1. ref. 15.

18 Capite damnatus, qui per Ecclesiam
ducitur ad supplicium, in rigore iuris
plecti potest. Tanner. & Bobadil. tamen
piè crediderim, illum etiam gaudere
immunitate Nayar. & alij 2. p. 1. tract. 1.
ref. 30. Idem dicendum de damnatis ad
remes. si ad Ecclesiâ confugiant; quia
per talam condemnationem non fiunt
serui poenæ. Correa & alij. ibid. ref. 40.
& p. 4. tr. 1. ref. 47. & p. 6. tr. 1. ref. 22.

19 Clerici, & Religiosi confugientes

184 Ecclesiar. immunit.

ad Ecclesiam pro criminibus non exceptis, non possunt à iudicibus Ecclesiasticis, vel Superioribus suis extrahi, absque licentiâ S. Pontificis, sub pœnâ et comm. Excipiendi tamen sunt Religiosi, qui in propriis Monasteriis delinquunt: possunt enim à Superioribus puniri saluâ immunitate, quamvis hoc iam probabiliter alij negent, cum non priuentur immunitate peccantes in ipsis Ecclesiis, nisi per homicidium, & mutilationem. Gambacart. p. 1. trad. ref. 24. & 25.

20 Hæreticus in criminibus non exceptis à Bullâ gaudet eadem immunitate quam ceteri. Suarez & alij 10. ibid. ref. 29. & p. 5. tr. 1. ref. 24. Suspectusamen de hæresi (in locis vbi hæretici non tolerantur) si ad Ecclesiam confugiat, potest à ministris Inquisitionis ab extrahi. Farinac. & alij 4. part. 1. trad. ref. 29. & 30.

21 Qui detentus à satellitibus intrat Ecclesiam, eosque per vim secum trahit, gaudet immunitate. Castrop. & alij. Vti & si violenter è manibus ipsorum ab aliis esset ereptus: imò & qui eum eripuerunt etiam iam damnatum, etli eripiendo satellites vulnerassent, vel etiam

iam occidissent. p. 4. tr. 1. ref. 106. & p. 6.
tr. 1. ref. 27. & tr. 8. ref. 5.

22 Gaudent eā immunitate quævis
Oratoria Confraternitatum, si auto-
ritate Episcopi sunt erecta: quod præ-
sumitur, si cymbalum habeant supra
rectum quod publicè pulsatur. Nec ad
hoc est necesse ut in Ecclesiâ semper
seruetur Ven. Sacram. (Bonacin. & alij
4.) Nec vt in eā celebrentur diuina, sed
satis est quod celebrari possint. Bonac-
in. & alij 5. Imò & Ecclesia polluta,
vel interdicta eodem priuilegio gaudet.
(Suar. & alij 14.) Et destruēta, modò
non sit destruēta auctoritate Supe-
rioris & spes sit reædificationis. Sanch. &
alij 8. Neque solus ambitus Ecclesiæ,
sed etiam tota fabrica, vel habitatio-
coniuncta, vt turris cymbalorum, clau-
strum, horti, &c. Non tamen campani-
le quod ultra 30. passus ab Ecclesiâ dis-
iunctum est. part. 6. tract. 1. ref. 1. & p. 4.
tr. 1. ref. 108.

23 Eodem priuilegio gaudent cœmete-
ria etiam separata. Suar. & alij 4. Et Ho-
spitalia publica Episcopi auctoritate
constructa, (Suar. & alij 13.) etsi in iis
nec campanile esset, nec altare, nec Ec-
clesia. Item monasteria Religiosorum

186 Ecclesiar. immunit.

secundum totum illud quod septum est,
Sanch. & alij 7.p.6.tr.1.ref.6.

24 Palatium Episcopi, etiam Titularis
tantum, licet ab Ecclesiâ longè distans,
imò etiam extra diœcesim gaudet ei-
dem immunitate, qua gaudet Ecclesia,
quamuis non habeat Oratorium in
quo Missa celebretur. Azor & alij. VII
& palatia Cardinalium extra Romanam
gaudent eâ immunitate. p.1.tr.1.ref.27.
& 37. & p.4.tract.1.ref.40. & 96. & p.6.
tr.1.ref.4. & 5.

25 Domus Ecclesiasticorum circa Ec-
clesiam ad 30. passus, quamuis haben-
tur à laicis, gaudent immunitate. Bona-
c: n. & alij 2. Imò idem videri possit,
quamuis essent eis concessæ in emphy-
teusim. p.3.tr.1.ref.71. & p.6.tr.1.ref.1.

26 Reus configiens ad cubiculum ex-
groti, in quo est Corpus Christi; imò qui
fugiens se immisceret illis, qui SS. Eucha-
ristia sacramentum per plateas prole-
quuntur, etiam si non tangat Sacerdo-
tem (nam si tangat, certius est non pos-
se capi), cum ratione huius sanctissimi
Sacramenti præcipue Ecclesiæ habeant
immunitatem. Sylvester & alij 43.) gau-
det immunitate; illi enim omnes una
cum Sacerdote unam Ecclesiam repre-
sentant.

sentant. (Peregrin. & Italia.) Secus est de oleo Sancto (Riccius.) vel de Sanctorum reliquiis, aut ipsâ Sacerdotis personâ, si reus illam apprehenderit, et si id doceat Correa. p. i. tr. i. ref. 28. & p. 4. tr. i. ref. 48.

27 Etsi reus non sit toto corpore in loco sacro, ut si fugiens cadat super limen Ecclesiæ, & humeris, ac capite eam tangat, gaudet immunitate. T. ul-
lench. similiter & qui ostium, vel parie-
tes Ecclesiæ tangit. Suar. & alij 12. p. 6.
tr. i. ref. 6. & 3. & p. 3. tr. i. ref. 7.

28 Iudices Ecclesiastici debent reis ad Ecclesiam confugientibus poenas aliquas imponere, ut pecuniariam, vel si egentes sint aliquam corporalem, nō tamen multum afflictuam. & hoc ce-
dit in fauorem reorum, qui tunc non possunt pro eodem delicto postea cri-
minaliter accusari, aut iudicari. Farri-
nac. & alij. Non possunt tamen tunc siue à iudice laico, siue ab ecclesiastico exilio, aut perpetuo carcere multari, nec ad triremes damnari: quia hoc poe-
nas sunt grauiores. Suar. & alij 6. part. 6.
tr. i. ref. 33. & p. 1. tr. i. ref. 12.

29 Non potest iudex laicus extrahere ab Ecclesiâ reum, quem scit immunitat-

te non gaudere, absque licentiâ Episco-
pis quin incurrat excomm. debet enim
prius Episcopus cognoscere, an hoc si-
verum, deinde consignare reum Curia
seculari. Filiuc. & alij n. nec potest E-
piscopus consentire nisi certò confe-
det tali delicto. Neque potest reum in-
dici seculari tradere extra casus expri-
mos saltem stante Bullâ Grégorij XIV.
Bonacin. & Castrop. etsi alij cōtrarium
doceant. Suar. & alij s. & in dubiis sem-
per iudicandum est in favorem Eccle-
siæ. Felin. & alij s. Imò si Iudex laicos
solum attinet extrahere, etiam si reipu-
sâ non extrahat, incurrit excommuni-
cationem. Farinac. & alij 4. p. 1. tradi-
res. 14. & 15. & tr. 2. res. 66. & p. 3. n. n.
res. 38. p. 4. tr. 1. res. 42. & p. 5. tr. 1. res. 9. &
p. 6. tr. 1. res. 28. 30. 31. & 32.

30 Iudex indebitè extrahens reum ab
Ecclesiâ tenetur ad restitutionem dam-
norum quæ inde passus est. Suar. &
alij 9. Et restitui debet eidem Ecclesiæ, eti-
cum licentiâ Episcopi esset extractus;
quia ea fuit iniusta, quando non com-
misit delictum exceptum in Bullâ Gre-
gor. XIV. nec sufficit si restituatur alte-
ri Ecclesiæ, vel Episcopo. Barbos. & de
Marin. Quæ vera sunt etsi post extra-
ctionem

pisco.
enim
oc su
Curi
test &
onste
m in
xpr
j XIV.
arium
s semi
Eccl
laicu
i reip
muni
radu
f 9.6
dam
& z
æ, etli
actus;
com
Gre
alte
& de
extra
nem

ctionem V.G. in carcere commisisset nouum delictum pertinens ad forum sacerdotale. Bonac. n. & alij 2. Neque potest reus ibi existens renuntiare priuilegio immunitatis. Farinac. & alij 6. Qui vero egressus est ab Ecclesiâ, blanditijs, & fallaciis verbis inductus, amittere immunitatem, plerique affirmant. Fagund. & alij 6. alij negant. Bobadilla & alij 3 p. 4. tr. 1. ref 97. & 102. & p. 1. tr. 1. ref. 16. & 20. & p. 6. tr. 1. ref. 27. & 32.

31 Cognitio causæ, utrum reus gaude-re debeat immunitate, spectat ad iudicem Ecclesiasticum, nec allegari potest contraria consuetudo, cum per Bullam Gregorij XIV. omnes consuetudines penitus tollantur. Bonac. & alij. p. 4. tr. 1. ref. 49. Neque potest iudex laicus interim reum ab Ecclesiâ extractum in carcere suo seruare, etiam nomine Episcopi, & datâ cautione de immunitate. Bonac. Nec Episcopus tenetur acquiescere processui iudicis laici circa hoc facto. Castro P. & alij 9. p. 5. tract. 1. ref. 9. & p. 6. tr. 1. ref. 30. 31. & 32.

32 Potest de causâ illâ cognoscere Episcopus nondum consecratus: hoc enim est iurisdictionis. Vnde & Vicarius Capituli sedē vacante: quia hic habet

bet omnem iurisdictionem Episcopi.
Peregrin. Neque potest Iudex saecularis
ab eâ sententiâ appellare , cùm reus id
non possit. Peregrin. & alij 1.p.6. tract.
ref.30. & p.3. tr. 1. ref.38.

33 Contrauenientes huic Constitutioni
ni Greg. XIV. quamuis ex multorum
DD. sententia, possint ab Episcopo ab-
solui ab excommunicatione (Barbos &
alij 11.) dicendum est tamen eam esse
summo Pontifici reseruatam. Filiuc &
alij 7. Eandem excommunicationem
incurrunt Iudices , & eorum ministri
reos in Ecclesiâ occidentes. Nauar &
alij 2. part.1. tract. 1.ref.41. & p.6. tract.
ref.34. & 35.

34 Bannitus etiam capitaliter , modo
non ob delictum exceptum in Bullâ,
gaudet immunitate. Sanchi. & alij 11.
Quod si idem steterit in Ecclesiâ su-
patrrix, per hoc non fregit exilium: quia
esse in loco exempto, vel extra territo-
rium, equiparantur. De Marinis. part.6.
tr.1. ref.21. & p.4. tr. 1. ref.92.

Ecclesiastici & Clerici.

1 PRIVILEGIUM quo Clerici eximuntur
à legibus , & iurisdictione Princi-
pum saecularium, fuit à iure diu no im-
mediate

mediatè concessum, & à iure Canonico postea stabilitum, cui etiam accessit ius ciuile (Suarez, & alij 31.) p. 1. tr. 2. ref. 1. Habuerunt tamen illud Clerici ante tempora Constantini, ut patet ex Concilio Carthaginensi III. Bellarm. ibid. ref. 127. Neque possunt Principes hoc priuilegium revocare. Imò nec Summus Pontifex potest huic renuntiare: quia ipse non est dominus absolutus honorum & iurium Ecclesiæ, sed solum dispensator. Suarez & alij. Multò minus Clerici id possunt; quia nullus potest cedere priuilegio toti cōmunitati concessio. Saloñ & alij 19 ibid. ref. 2. & 3.

2 Nulla consuetudo, quamvis immemorabilis, potest huic priuilegio derogare. Quia contra Ecclesiasticam libertatem nulla est prescriptio. Suarez & alij 21 ibid. ref. 4. & 5. & p. 4. tr. 1. ref. 1. & p. 5. tr. 1. ref. 21. Sunt tamen quædam priuilegia Galliæ, & Hispaniæ Regibus à Pontiff. concessa, per quæ videtur Ecclesiastice libertati derogatum. part. I. tract. 2. ref. 6.

3 Nouitij Religionum habent priuilegia omnia exemptionis, canonis scilicet, fori, & gabellæ um. Imò & qui ante annos pubertatis ad religionem admittuntur,

192 Ecclesiast. & Cleric.

tuntur, (Sanch. & alij.) vel aliquo tempore per modum hospitum sub habitu religioso viuunt ante inchoationem nouitiatus. p. 1. tract. 2. ref. 38. & part. tract. 8. ref. 7.

4 Reges & Principes non habent ius conuocandi Episcopos, & eis præcipendi; possunt tamen eos rogare, & vocare ut proceres. Azor. & alij 2. p. 3. tr. 1. ref. 17. Neque ad Principem & Magistratum laicum pertinet discutere potestatem Nuntij à Pontifice missi. Bonacini. alij 2. p. 1. tr. 2. ref. 68.

5 Non decet Regios ministros dñe in Cancellariis Bullas Apostolica examinandas. Sunt quidem recognoscendæ, & discutiendæ, cum dubitatur de earum subreptione, aut falsitate, sed ab Ecclesiasticis Iudicibus. Filliuc. & alij 7. ibid. ref. 13. & p. 5. tr. 1. ref. 12.

6 Ad Principes sacerdtales non spectat curare, ut Episcopi resideant in suis Ecclesiis: ne Ecclesiast. bona dissipent, &c. Quia nullam in Clericos habent potestatem. Azor. & Filliuc. p. 3. tr. 1. ref. 41. Vnde etiam si Episcopi non obseruent decreta Concilij Trident. non potest propterea recurri ad Regem, sed ad Archiepiscopū. Fereira. p. 1. tr. 2. ref. 101

Hinc

Hinc compelli non possunt à laico
Magistratu ad reparationem Ecclesia-
rum. Lotther. & Martha. p.3. tr.1. ref.8.

7 Secularis magistratus non potest
cogere Clericos, ut triticum vendant,
nisi vrgeat fames, aut alia necessitas, &
periculum sit in morâ, tunc enim po-
test iudex laicus frumentum ex horreis
Clericorum depromere, & vendere non
vi iurisdictionis, sed propter imminens
periculum. p.1. tr.2. ref.9.

8 Clerici in sacris, vel Religiosi non
possunt per se negotiari; per alios vero
id facere non prohibentur. Molina &
alij 10. Qui vero tantum habent bene-
ficium, sed non sunt in sacris, si per se
negotientur, inclinare videntur DD.
quidam, ut non peccent mortaliter.
Molina p.1. tr.8. ref.72. & 73.

Exemptio à gabellis.

9 Omnes clerici, etiam primæ tōsuræ,
gaudēt exemptione gabellarum,
iure communi: (Molin. & alij) licet in
quibusdam regnis ex consuetudine sci-
tâ & approbatâ, clerici minorum Or-
dinum non eximantur, nisi actu ha-
beant beneficium. Vsq. & alij. 13. Nec
obstat si in fraudem gabellarum facti
sint clerici, & sine animo perseverandi

N in

194 Ecclesiast. & Cleric.

in clericatu. Duard. Neque ad hoc necesse est clericum habere ea omnia, quae requirit Concil. Trident. loquitur enim Concil. de priuilegio fori tantum. Molin. & alij 5. p. 1. tr. 2. ref. 36. 44. & 37.

10 Principes imponentes gabellas, licet iustas, super bona Ecclesiasticorum, incurruunt in censuram Bullæ Cœnz. Suarez & alij 6. immò non licet Magistrati augere pretium carnis, vini, &c. in grauamen Clericorum. Sic enim soluerent gabellas indirectè, quod per Bullam non licet, nisi accedat consensus Clericorum & Megala. Similiter non tentur ad gabellas positas pro primo ingressu regis in ciuitatem. Azor. & alij ibid. ref. 48. & 46. & p. 3. tr. 1. ref. 11.

11 Pragmatica de chartâ signatâ/vulgo papel sellado si extendat se etiam ad Clericos, violat Ecclesiasticam immunitatem: quia illa est vera gabella. p. 6. tract. 8. ref. 1.

12 Ecclesiastici ad custodiam regni, & reparationem pontium, turrium, &c. non tenentur contribuere, nisi quando non sufficiunt bona laicorum. Suarez & alij 14. tunc autem censentur non sufficere, quando cogarentur se priuare iis quæ necessaria sunt ut viuant iuxta

con-

conditionem sui status. Megal. p. 1. tr. 3.
ref. 22. & p. 5. tr. 1. ref. 11. & p. 6. tr. 8. ref. 4.
13 Clerici negotiatores amittunt pri-
uilegium exemptionis, & potest ab illis
exigi gabella, non tamen ante trinam
monitionem. Lessius & alij 8. p. 1. tra. 2.
ref. 47 & p. 4. tr. 1. ref. 28. sed non est ne-
gotiatio quando fructus ex bonis pa-
trimonialibus collectos aliò mittunt ut
cariùs vendant. Bonac. & alij. esset au-
tem si alienum agrum conductum
per operarios colerent, & fructus inde
collectos venderent. Bonac. & alij. p. 5.
tract. 1. ref. 27. & p. 6. tra. 7. ref. 11. & tr. 8.
refol. 4.

14 Qui emit victualia pro filio clericō
vel Capellano suæ familiæ, non tenetur
pro iis gabellas soluere p. 4. tr. 4. ref. 175.

A legibus ciuilibus.

15 Clerici neque diuino, neque hu-
mano iure sunt exempti à legi-
bus ciuilibus, quæ cum libertate Eccle-
siasticâ non pugnant; ideoque si Cleri-
ci vendant frumentum ultra pretium
taxatum, peccant mortaliter, & tenen-
tur ad restitutionem. Molin. & alij 12.
quamuis id neget Caspensis. Non po-
test tamen index laicus illos punire ob
transgressionem illarum legum, defectu-

196 Ecclesiast. & Cleric.

iurisdictionis (Salas & alij) etiam quando pœna exigenda est de plano, & sine aliâ controuersia iudiciali. Suarez. Et quamuis iudex Ecclesiasticus non condemnet Clericum in pœnam legis laicalis, non potest hanc ideo ab illo exiger e iudex laicus; quia Ecclesiastici minori pœna sunt puniendi. Vasq. & alij 2.p.4.tr.1.ref.8. & 29. & p.6.tr.8.ref.4.
16 Si omnes ciues contribuant ad sternendam lapidibus viam quæ est ante ianuam ipsorum, Ecclesiastici qui ibi habent domū, tenentur quidem contribuere; si tamen nolint, non possunt à sacerdotali iudice cogi, sed per iudicem Ecclesiasticum id fieri debet. Molina & alij 3.p.1.tr.2.ref.76.

17 Ecclesiastici heredes instituti, non conficientes inuentarium, non tenentur ultra vires hereditatis omnibus ceditoribus in solidum. Quia talis lex non comprehendit Clericos defectu jurisdictionis. Duard. & alij 2.ibid.ref.71.

18 Iudex laicus inueniens Clericos exportantes pecuniam, aut frumentum Regno contraleges, non potest ea illi auferre; quia non habet potestatem coercitiam. Azor. & alij 4. Similiter nec punire potest falsa metitura tritum,

cum

eum, vel oleum vendentes. Vasq. & alij
4. part. 1. tract. 2. ref. 16. & 77. & part. 5.
tract. 1. ref. 6.

19 Non potest minister saecularis iuris-
dictionis spoliare clericum armis pro-
hibitis, etiam in flagranti criminis; sed
tantum potest illam ducere ad Iudicem
Ecclesiast. Salas & alij 8. p. 1. tr. 2. ref. 10.
Aliud esset si auferrentur eis arma, &
postea redderentur; id enim videretur
fieri ne pergant ulterius violare legem.
p. 4. tract. 1. ref. 19. & p. 5. tract. 1. ref. 4.
Potest tamen iudex laicus comprehen-
dere clericum in flagranti delicto, vel
cum armis prohibitis, noctu grassante,
mutato habitu, ut illum tradat Iudici
Ecclesiastico. Bannez & alij 6. sed de-
bent tres conditiones concurrere. 1. ut
presumatur fuga nisi tunc capiatur. 2.
ut non potuerit a proprio Prælato im-
petrari mandatum. 3. ut statim remit-
tatur proprio iudici, id est, intra spa-
tium 20. horarum. Castro P. part. I. tr. 2.
ref. 11. & 12. & p. 5. tr. 1. ref. 22.

20 Clericus coram laico iudice falsum
testimonium dicens, ab eo puniri non
potest. Duard. & alij 4. imò nec Cleri-
cus assassinus, seu sodomita notorius,
nisi post sententiam criminis declarato-

N 3 xiam,

riam, à Iudice Ecclesiastico latam, per quam tradatur brachio sacerdotali. Bonacini. & alij 9 p.1 tr.2. ref 110. & 52.

21 Episcopi, & Ecclesiastici non possunt à Principe, aut eius Consiliariis regno pelli tanquam seditionis, & perturbantes pacem, ac Rempubl. nisi dilentiā Summi Pontif. aut risu tamurgeat necessitas, ut sit euidēs pericula in morā. Molina & alij. Imò nec ad Pontificem possunt transmitti pronimaduersione; quia hæc esset vel� expulsio. Castro P. & alii. ibid. ref. 18. & p.5. tr.1. ref. 5.

22 Principes sacerdotes, aut eorum ministri punire non possunt Clericum infra Maiestatis reum; nec delinquentem in officio sibi à Principe concessio Bonacini. & alij 6. p.1. tr.2. ref 19. & 20.

Priviliegium fori.

23 Clerici in minoribus gandēt pleno iure fori (Suarez.) ad hoc tamen requiritur, ut beneficium Ecclesiasticum habeant, aut Clericalem habitum & tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi deseruiat, aut in Seminario, vel Vniuersitate versentur, quasi in viâ ad maiores ordines suscipiendos p.1. tr.2. ref. 29. Putant tamen

men

men quidam non requiri vtrumque si-
mul, gestationem habitus, & tonsuræ,
sed alterutrum sufficere, præsertim si in
habitū Ecclesiæ inseruant. Farinac. &
alij 4. Vti & alij sufficere, si alicui Ec-
clesiæ deseruant, et si non ex mandato
Episcopi, vel inseruant alteri, quam E-
piscopus præceperat. Riccius & alij 6.
p. 4. tr. 1. ref. 93. & 2. & p. 6 tract. 1. ref. 36.
Neque ad hoc necesse est, illos diebus
Dominicis cum superpelliceo interesse
diuinis. Riccius & alij 4. Et vt quis di-
catur habere beneficium, sufficit vt ha-
beat titulum, & collationem; illius, licet
nondùm habeat possessionem. Couar-
ruias & alij 3. part. 4. tr. 1. ref. 88. & p. 1.
tr. 2 ref. 30.

24 Non est necesse ad priuilegium fori, vt Clericus non solum pallium, sed
& togam ferat usque ad talos. p. 4. tr. 1.
ref. 91. Idò sufficit si eo utatur vestium
genere, vt à videntibus Clericus iudica-
ri possit. Ambrosin. Si autem dubitetur
an habitus sit clericalis, nécne; cogni-
tio pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum.
Molina & alij 24. Quòd si aliquando
dimittat habitum & tonsuram, non
ideò amittit priuilegium fori. Suar. &
alij 10. ibid. ref. 5. & 18. & part. 3. tract. 1.

N 4 ref.

ref. 63. & part. 1. tract. 2. resol. 34.

25 Prima tonsura vnius testimonio probatur. Rebuff. Et sola possessio sufficienter probat clericatum: Mascard. & alij 4. Vnde Clericus qui obtinuit beneficium quod nō poterat obtainere, quia illegitimus, irregularis, &c. si reipsā est in possessione, gaudet priuilegio fori. Itemque qui habet coadiutoriam alia concessam; censetur enim beneficiatus. Barbosa. p. 3. tr. 1. ref. 48. & 62.

26 Clericus qui habet pensionem super aliquo beneficio loco tituli, gaudet tamen quam beneficiatus, priuilegio fori. Suarez & alij 6. Item Capellanus cui capella in perpetuum, vel in titulum fuerit assignata; secus si habeat capellā amovibilem; hæc enim non dicitur propriè benefictum. Nauar. & alij 4. Imò si possideat præstimonium in titulum perpetuum, cū aliquo spiritali annexo. Garsias & alij 5. p. 1. tr. 2. ref. 31. & 32.

27 Clericus coniugatus, si contraxit cum virgine, & tonsuram, & habitum clericalem gestat, & alicui Ecclesiæ defruiuit, gaudet priuilegio fori, etiam in ciuilibus. Duard. & alij 10. ibid. resol. 51. & p. 4. tract. 1. ref. 78. Imò & si Gracui post contractum matrimonium mino-

sibui

ribus Ordinibus initietur. p.5. tr. 1. ref.
26. & utriusque vxor gaudet eodem
privilegio : nam vxor sortitur forum
viri : neque illud amittit per mortem
viri, nisi alteri nubat. Sanchez & alij 4.
p.3. tr. 1. ref. 45. & p.4. tr. 1. ref. 41.

28 Tertiarij S. Francisci si collegialiter
viuunt, & Tertiariæ si virginitatem seu
cælibem vitam expressè voverunt, et-
iam si habitent in propriis domibus,
gaudent privilegio fori; Ex declaratio-
ne Congreg. Cardin. Pontius & alij 3.
p.1. tr. 2. ref. 85. imò & privilegio canonis
volunt quidam. Stratius p.6. tr. 8. ref. 30.
Eremitæ autem non, nisi qui sub obe-
dientiâ Episcopi alicui loco sacro, vel
Ordini speciatim addicti sunt. Coninc
& alij 7. p.4. tr. 1. ref. 35.

29 Oblati qui se alicui religioni cum
omnibus suis bonis obtulerunt, & in
monasterijs commorantur, habitum-
que gestant distinctum à sacerdotalibus,
gaudent privilegio fori, etiam quoad
delicta, ante oblationem commissa,
nisi per fraudem se offerrent, tunc enim
puniri possent poenâ pecuniariâ, sed nō
corporali. Barbosa & alij 6. ibid. ref. 31.

30 Gaudent omnibus privilegiis cle-
ricalibus Equites S. Ioannis (Barbosa &

N § alij

alij 6.) D.Iacobi, Alcantaræ, & Cal-
trauæ (Sanchez & alij 3.) Montesæ, &
Stephani, & S.Lazari. (Nauar. & alij 3.)
Quia omnes hi Equites sunt veri Re-
ligiosi: vnde & eorum Nouitij gauden-
tisdem priuilegiis. Barbos. & alij 6. Imo
& vxores eorum etiam post mortem
quamdiu viduæ manent, & honestè n-
uunt. Pagund. & alij. *ibid.ref.36.* & *h.*
p.1.tr 2.ref.50. & *p.3 tr.1.ref.61.* & *p.*
tr.1.ref.18. & *p.6.tr.8.ref.6.*

31 Confraternitates etiam, quæ pa-
laicos reguntur, si in eis exercentur o-
pera pietatis, & exercitia spiritualia, sunt
loca pia, & gaudent priuilegio fori, eti-
non fuerint erectæ auctoritate Episco-
pi. Nauar. & alij 3. *p.4.tr.1.ref.37.*

32 Familia Episcopi vel Nuntij Apos-
toli licet laica, gaudet priuilegio fori,
neque potest iudex laicus in illam in-
quirere. Bonacin & alij 66. Idem dicen-
dum de Officialibus Episcopi, ut sunt
Carcerarij, Fiscales, Commissarij, Magi-
stri, Notarij, Lictores. &c. Barbola & a-
lij 20. idque non solum in delictis co-
missis in officio, sed & in quibusuis
alijs. Idem est de familiâ Episcopi titu-
laris tantum; sed hi tunc puniendi sunt
ab Ordinario loci in quo degunt, non
verò

verò ab Episcopo titulari. Idem est de iis qui non sunt Episcopi , sed habent iura Episcopalia cum potestate iurisdictionis; quia hoc Episcopis conuenit nō ratione Ordinis, sed ratione dignitatis.
p.1. tr.2. ref. 98. p.3. tr.1. ref. 12. p.4. tract. 1.
ref. 30. & p.5. tr.1. ref. 1. & 25. & p.6. tr.2.
per totum. Item familia Vicarij Episcopi. Nouar. & alij 3. imò & Clerici cuius-
cumque , saltem quoad seruos perpe-
tuos, etiam Mauros, & Turcas. (Meno-
noch & alij 2.) & forte etiam quoad
conductitios. Menoch & alij 4. p.3. tr. 1.
ref. 46. & 47

33 Filij Clericorum legitimi , viuente
patre, gaudet priuilegio fo i Barbos &
alij 4. ibid. ref. 7. & p.4. tr.1. ref. 111. sicut
& priuilegium Clericorum non hospi-
tandi milites, extenditur ad eorum pa-
tres , & fratres in eādem cum ipsis do-
me in communi viuentes. Riccius &
alij p.4. tr. 1. ref. 32.

34 Ordinatus ante legitimam aetatem
aut extra tempora, vel per simoniam,
vel ab Episcopo qui excommunicatio-
ne, vel suspensione erat impeditus or-
dines conferre , gaudet priuilegio fori;
quia non obstantibus istis est vere or-
dinatus. (Squillante.) Idemq; olim erat

de

de ordinatis à non suo Episcopo, *sine*
litteris dimissorialibus, sed hoc nunc
per Urbani VIII. constitutionem An-
no 1624. est sublatum. p. 4. tr. 1. ref. 26.

35 Iudex laicus non potest procedere
nec criminaliter, nec ciuiliter contra eum
qui post admissum crimen, immo & pos-
inchoatam litem, factus est clericus, vel
nouitius, & assumpsit habitum eā in-
tentione, ut se subduceret iurisdictioni
sæculari: quia si configuiens ad Ecclesiast.
post delictum, animo euadendi iudicium
sæculare, gaudet immunitate; multo
magis qui se Deo consecrat. Bonacini &
alij. *ibid. ref. 38. & 84.* & p. 1. tr. 2. ref. 27.

36 Clericus qui sine habitu & tonsurā
perpetrat grauissima flagitia, nō potest
ante trinam monitionem à iudice sæ-
culari puniri. Filliuc. & alij 7. Idem est
de Religioso professo. Nauar. & alij 11.
neque à superiori degradandus est, aut
Curiæ sæculari tradendus inconsulto
Rom. Pontifice. Farinac. & alij. p. 1. tr. 2.
ref. 24. & 130.

37 Clericus coniugatus qui habitum &
tonsuram deposuerat, si illa reassumat,
gaudet priuilegio fori. Barbos. & alij 12.
p. 1. tr. 2. ref. 80. Qui verò Clericus com-
misit delictum, et si poste à uxorem du-
cat,

cat, vel si est Clericus cōiugatus fruens
privilegio fori, et si postea fiat bigamus,
non potest à iudice laico puniri: quia
spectatur tempus delicti. Sanchez & a-
lij 7. Idemque est quoad Nouitios. p. 4.
tr. 1. ref. 6. & p. 3. tr. 1. ref. 33. & 34.

38 Laicus relegatus si tempore relegationis fiat Clericus & frangat exilium,
non poterit puniri à iudice laico. Ric-
cius & alij 2. p. 4. tr. 1. ref. 22. secus si re-
legatus Clericus tempore relegationis
fieret laicus, adhuc poterit à iudice Ec-
clesiast. puniri. Genuens. p. 1. tr. 2. ref. 119.

39 Viduæ, pupilli, &c. personæ oppres-
ſe, etiam sine iudicis sacerularis negligē-
tiâ, possunt aduersarios suos trahere ad
Ecclesiasticum tribunal. Scaccia & alij
4. ibid ref. 338. & p. 4. tr. 1. ref. 90.

40 Clericus hæres laici non tenetur co-
ram Iudice sacerulari prosequi litem iam
inchoatam cōtra eum cui successit; sed
denuò est conueniendus coram Iudice
Ecclasiastico. Bonacin p. 1. tr. 2. ref. 25.

41 Clericus non potest compelli ad
comparendum coram Iudice laico, tā-
quam creditor, aut legatarius in confe-
tione inuentarij. Bonacin. & alij 3. ne-
que ad restitutionem depositi, vel se-
questri. Bonacin. & alij 4. ibid. ref. 21. ne-
que

que si spoliauit laicum suâ possessione,
est ab hac iterum deiiciendus per iudi-
cem laicum , sed per Ecclesiasticum.
Squillante & alij 2. neque Clericus ven-
ditor interpellatus ab emptore, teneat
eum defēdere coram iudice laico; quia
hic ibi esset eius iudex. Martha & alij 4.
p. 4 tr. 1. ref. 74. & 25.

42 Ius congrui seu retractus non ha-
bet locum in Clericis passione, sed actiue
tantum. Ideo possunt Clerici iure con-
grui agere contra laicos , non autem
laici in clericos: quia statuta laicorum
professe possunt Clericis , non autem
nocere. Surdus & alij p. 3. tr. 1. ref. 43.

43 Clericus non potest reconueniri
apud iudicem laicum de re qua non
habet connexionē cum petitione. vg.
si ipse exigat mutuum, & ab eo petatur
commodatum: cūm enim causæ hę di-
uersæ sint, debent dūidi, & quālibet ad
suum iudicem remitti. In casibus autē
quibus potest reconueniri, quamuis te-
neatur stare sententiæ iudicis laici, non
potest tamen ab eo cogi ad soluendum.
Bonacini. p. 4 tr. 1. ref. 65.

44 Si Clericus qui vendidit agrum, cō-
ueniatur pro euictione, debet cōueniri
corā iudice Ecclesiastico: si verò lis mota
fuerit

fuerit contra laicum, qui rem à Clerico emit, & Clericus resistat defensioni emptoris, tunc non potest trahi ad tribunal Ecclesiasticum, quia agitur contra laicum, & Clericus tantum assistit iudicio nomine, & pro defensione emptoris. Tamburin. &c alij p. 3. tr. 1. ref. 22.

45 Debitor petens admitti ad beneficium cessionis bonorum, non potest trahere Clericum creditorem suum ad forum sacerdotiale, sed debet adire Episcopum. Duard. p. 1. tr. 2. ref. 23.

46 Si Clerici in debitibus regalibus possunt conueniri in curia seculari, id ex eo sit, quod bona regalia Clericis cum hac tantum conditione concedantur, ut docet Suarez p. 4. tr. 1 ref. 66.

47 Clericus in feudalibus potest conueniri coram Iudice laico, quia non subiicitur iudicio domini feudi tamquam persona Ecclesiastica, sed tanquam Dux, Marchio, &c. Suarez & alij 6. p. 3. tr. 1. ref. 59.

48 Speculatiuè loquendo Clericus, qui patitur violentiam, potest recurrere ad Iudicem laicum, quando Iudex Ecclesiasticus non adest, aut si adest, non vult reprimere. Alioqui non licet Iudicii seculari causam Ecclesiastican ad

sc

se reuocare , & vim Clerico illatam
propulsare. Suarez & alij 11. Ad ca. filii,
vel nepotibus. 17. quæst. 7. Respondendū
hoc ius fuisse sublatum , & abrogatum
ab Innocentio III. Barbos. & alij. p. 1.
tr. 2. ref. 4. & 15. & p. 5. tr. 1. ref. 13.

49 Clericus in ciuilibus potest se lu-
dici laico subiicere vt arbitro, non u-
men ab illo cogi, vt stet illius sententia.
Less. & Tanner. p. 1. tr. 2. ref. 107.

50 Episcopus potest delegare Iudicium
laico causam Ecclesiast. iurisdictionis
merè ciuilem. ibid. ref. 113.

Vide Index Ecclesiasticus. Statutum
Bona Ecclesiast.

Eleemosyna.

Eleemosyna etiam in extremâ ne-
cessitate non debetur ex iustitia,
sed ex caritate. & præcepto etiam tunc
satisfit si des cum onere restituendi, si
fortè posteâ dicitur fiat; sic enim occur-
ritur necessitati. Vasq. & alij 4. Neque
teneris inquirere tali necessitate labo-
rantes, satis est si notos iuues. Vasqui
& alij 10. quod si plures simul sciant
aliquem esse in graui necessitate, singu-
li æqualiter tenentur in solidum , si ali-
nolint succurrere: alias omnes tenentur

CON-

concurrere per æquas partes. Lorca p. 5.

tr. 8. ref. 2. §. 3. & 13.

2. Possunt pauperes in extremâ necessitate implorare officium iudicis cōtra diuites nolentes dare eleemosynam: inò hoc possunt quoties obligat præceptum eleemosynæ. Sanch. & alij 2. ibid. ref. 4.

3 Non tenetur restituere posteà qui in extremâ necessitate consumpsit quod antè acceperat commodatum, conducedum, vel precarium. Less. & alij 3. inò neque quod erat ante furatus. Hurtad. & alij 3. sicut neque si in illâ necessitate accepisset, & consumpsisset. Sotus & alij 6. ibid. ref. 10. 8. & 9.

4 Religiosis æquè debentur eleemosynæ, ac aliis pauperibus: quia et si voluntate suâ pauperes sunt, illa tamen voluntas rationabilis est, & Deo grata. Lorca. Aliud est de iis qui culpabiliter sponte sua pauperes sunt, ut vagabundi. ibid. ref. 18. & 19.

5 Non debetur etiam ex superfluis eleemosyna illi qui est in periculo amittiendi iniuste sua bona, modò per hoc non incidat in grauem necessitatem. Hurtad. ibid. ref. 16.

6 Diuites et si habeant superflua, non

O te-

tenetur neque sub veniali dare eleemosynas in communi necessitate, quia so-
lent esse quotidiani pauperes. Maledic.
& alij 12.2. etiā in graui necessitate pa-
uperum, diues non dando superflua, nō
peccat mortaliter. Gabriel & alij 2. (Sed
hanc sententiam retractat Auctor p. 5.
tr. 8. ref. 14. et si priorem plures non im-
probabilem doceant.) 3. et si teneretur
sub mortali dare eleemosynam, non ta-
men teneretur inquirere pauperes, sed
solūm misereri occurrentibus, neque
etiā subuenire omnibus, sed aliquibus,
neque totam indigētiam subleuare, sed
aliquid dare. Vasq. & alij 2. 4. bona quo
conseruantur ad acquirendum maio-
rem statum pro se, & consanguineis,
non dicuntur superflua status: & ideo
in sacerdotalibus yix inueniuntur super-
flua status. Vasq. & alij 4. 5. Diues non
tenetur subuenire proximo, etiam in
extremā necessitate constituto, cū grā-
ui detimento proprij status. Coninc &
alij 5. Ex quibus colligitur diuites nō
rō grauiter obligari ad dandas eleemo-
synas. p. 2. tr. 16. ref. 26. & p. 4. tr. 4. 11.
215. & p. 5. tr. 8. ref. 20. & 15.

7 Episcopi & beneficiati curam ani-
marum habentes, ratione officij tenen-

tur etiam inquirere pauperes , vt i psis
eleemosynas dent ex superfluis de redi-
tibus Ecclesiasticis; at ceteri Clerici ad
id non tenentur, & multò minus laici.
Sanch. p. 4 tr. 4 ref. 158.

8 Captiuum apud Turcas diues non
tenetur redimere ; nisi forte timeretur
iniuste occidendum , vel melancholiā,
aut cæli inclemētiā moriturus , tunc
enim esset in extremā necessitate. Hur-
rad. sed ob nullam necessitatem teneris
pro alicuius vitâ magnas diuitias expē-
dere, videlicet ter vel quater mille au-
reos. Suar. & alij 2. p. 5 tr. 8. ref. 6.

9 Pauperes peregrinos vniuersim ciui-
tate prohiberi posse negat Sylvius. Sed
alij communius affirmant , vti & ne
quis ostiatim mendicet. sed in casu oc-
currenti videndus Tanner. ibid. ref. 36.

10 Beneficiarij & Episcopi sub pecca-
to mortali tenentur , ex superfluis su-
stentationi , eleemosynam dare, etiam
summus Pontifex; cùm præceptum il-
lud sit diuinum, & naturale. Sanch. &
alij 4. et si Sotus doceat esse Ecclesiasti-
cum. Est tamen probabile non teneri
totum residuum dare (Molin. & alij 5.)
sed sufficere si medietatem illius dent,
vel quod in idem fere recidit , si dent

O 2 quar-

quartam partem omnium fructuum
Hurtad. & alij. & hoc posterius pro-
plicopis melius est ; nam alijs facile
omnia in sustentationem expendunt.
Pensionarij Ecclesiastici eodem modo
obligantur ut alij beneficiarij : non au-
tem qui pensionem habent titulo lai-
co. (Molin. & alij 4.) Sed nullos pen-
sionarios obligari docet Vasq. vnde non
auderem eos damnare de mortali. Quia
tamen Ecclesiastici sunt veri domini
bonorum beneficialiū (Vasq. & alij 15.)
etiam Regulares assumpti ad episcopa-
tum (Vasq. & alij 8.) hinc etsi non de-
derint eleemosynas , non tenentur ad
restitutionem. p. 5 tr. 8. ref. 28. 27. 29. 6
31. & p. 4. tr. 4. ref. 214.

11. Milites D. Iacobi, Calatrauæ, Alcan-
taræ & D. Ioannis, non tenentur ad te-
siduum sustentationis dādum pauperi-
bus ut alij clerici; quia commendæ illi
dantur titulo laico , siue ob militiam.
Sanch. & alij 2 p. 5 tr. 8. ref. 30.

12. Clerici id quod detrahunt ex neces-
sariis ad decentiam status, viuentes pat-
ciūs, non tenentur pauperibus dare, si-
cuit superflua. Molina & alij 3. Item de
bonis quasi patrimonialibus , quæ lu-
crantur ratione alicuius ministerij , ut
pro

pro Missis dicendis, concionibus, comitandis defunctis, administrandis Sacramentis, &c. possunt disponere ad libitum. sicut de patrimonialibus, etiam si ad illa ministeria ratione beneficij obligaretur, ut Parochi Sanch. & alij 4. Imò probabile est, ne ex quotidianis quidem distributionibus superflua pauperibus dari debere, sicut debent superflua ex fructibus beneficij. Sylvester & alij 3. Idemque est de pensionibus, quæ habetur titulo sacerulari. Couarr. & alij 2. p. 4. tr. 4. ref. 171. & p. 5. tr. 8. ref. 27.

13 Poteſt vxor, inuitio marito, dare in eleemosynas, aut expendere in alios viſus honestos, vigesimam partem anni census, vel lucri: est enim irrationabiliter inuitus, cùm eiusmodi donationes, & eleemosynæ pertineant ad decentiam status. Molina & alij 10 p. 2 tr. 15. ref. 33. & p. 5. tr. 5. ref. 34. & tr. 8. ref. 34.

14 Filius non potest ex bonis paternis dare eleemosynas nisi ex præsumpto rationabiliter eius consensu: imò neque ex bonis profectiis, aut aduentiis. Azor. Quòd si pater nullas eleemosynas faceret, posset tunc filiu; quia pater esset in hoc irrationabiliter inquietus: unde tunc poterit eas dare in ma-

gnâ quantitate. Hurtad. p. 5. tr. 8. ref. 25.

15 Seruus sicut potest aliquarum nrum habere dominium imperfectum, puta si aliquid sibi detrahat ex portione assignatâ, vel si accipiat ex turpi quæstu corporis, vel ex sibi datis lucetur; (Less. & alij 5.) ita potest ex illis dare eleemosynam. *ibid. ref. 26.*

16 Tutores & curatores possunt moderatas eleemosynas facere ex boni pupillorum, sicut ipsi facere deberent quorum bona administrant. Vasq. & alij. p. 5. tr. 8. ref. 35.

17 Quorum bona ob crimen aliquod addicta sunt fisco, possunt ex iis facere eleemosynas sicut priùs, quamdiu persententiæ executionem ipsis non afferuntur. *Coninc. ibid. ref. 40.*

18 Religiosus potest dare eleemosynam 1. in extremâ necessitate etiam in iusto Prælato. 2. in graui, quando non potest recurrere ad superiorem: quia præsumitur consensus. 3. quando abest à monasterio in studiis, vel alibi ex iis quæ ipsis conceduntur. 4. quando aliquid subtrahit ex concessis ad propriâ sustentationem. 5. quando ipsis aliqua pecunia conceditur ad vtendum. Imò quamvis superior vetet dare eleemosynas nō videtur

ref. 2.
um
fectum,
portio-
x turpi
s lucre-
illis da-
it mo-
boni
eberent
q. & a-
liquod
facere
diu per
1 ante-
synam
inuito
potest
præsu-
à mo-
is quz
d sub-
lenta-
ecunia
amuis
nō vi-
detur

detur vetare moderatas , sed ne modus
excedatur.Sanch.& alij. *ibid. ref. 32.*

19 Qui habet certam pecunię sum-
mam distribuendam pauperibus, non
tenetur eligere pauperiores , modò eli-
gat pauperes.(Bartol.& Bald.) Nomine
autem pauperum intelliguntur etiam
Hospitalia , Monasteria, Ecclesiae indi-
gentes luminaribus, ornamentis, fabri-
câ. Item ij quinon possunt honestè vi-
uere iuxta suam conditionem, licet sint
alioquin nobiles. Vasq. Molina & alij 8.
Videndum tamen quęnam sit intentio
testatoris ex signis claris vel coniectu-
ris. *p. 2. tr. 15. ref. 8.*

20 Ostiatim mendicantes qui pauper-
tatem simulant, non tenentur ad resti-
tutionem; quia dominus ob rei parui-
tatem non censetur illud onus impo-
nere : quare aliud esset in extraordina-
riis, & amplis eleemosynis. Granad. &
alij 4. *p. 5. tr. 8. ref. 21.*

Emptio.

1 **Q**ui in subhaftatione rogit amicos
volentes emere , ne plus offerant
certā quadam quantitate, vt ipse poste à
iusto pretio infimo rem illam emat, nō
peccat contra iustitiam, nec tenetur ad
restitutionem. Idem dicendum de eo

O 4

qui

qui volens officium emere, rogat alios
emptores ne velint plus dare. Isti enī
vtuntur industriā, & diligentia, vt nō
sibi iusto pretio detur, timentes ne in
auctiōne pretium plus iusto augeatur.
Nuarra & alij 6.p.1.tr 8.ref.76.

2 Qui impediunt alios ne merces e-
mant ab iis, qui eas portāt, sed easip̄
anticipatē emunt, ita vt alij posteā co-
gantur eas carius emere de manib⁹
ipsorum, obligantur ad restitucionem.
Rebell. quamuis alij putent eos posse
excusari. Molina & alij 4.ibid.ref.27.

3 Licet vendere rem creditā pecunia
pretio rigoroso, & posteā illam statim
emere numeratā pecuniā pretio insi-
mo, modò id non fiat ex pacto. Mol-
ina & alij 9 ibid.ref.20.

4 Sartores qui pro aliis emunt pa-
num, si fideliter agant, possunt sibi re-
tinere partem illam pretij, quæ ipsi
remittitur à mercatore: quia nulli fit
iniuria. Filliuc. & Homobon. ibi.ref.26.

5 Possunt merces minoris emi, 1. ob
multitudinem mercium, & raritatem
emptorum. 2. ob inopiam pecunia. 3.
propter modum vendendi. Bonacin.
ibid.ref.23.

6 Qui emit rogatus à venditore, potest
emere

emere multò minoris: nā merces vltro-
næ vilescunt pro tertiâ parte (Lessius
& alij 4.) aut etiam pro medietate. (Sa-
las & alij 3.) est enim signum copiæ
mercium, & paucitatis emporum. *ibid.*
ref. 53. & 78.

7 Licet minoris emere merces anticipata solutione, ob lucrum cessans, & damnum emergens. Filiuc. & alij 2.
ibid. ref. 22.

8 Si in fasce herbarum, vel olerum,
quæ vulgò venduntur ad cibum, inue-
niatur herba ignota magnè virtutis,
potest emi pretio currenti. Item si la-
pidariis esset ignota virtus alicuius la-
pidis pretiosi, qui nouit illius virtutem,
potest communi pretio illum emere.
Molina & alij. *ibid. ref. 79.*

9 In emptionibus præsumitur donatio circa excessum iusti pretij, quando aliquis scit valorem rei, & sine necessitate, vi, vel fraude amplius dat. Molin. & alij 2. quamuis alij præterea requirat ut contrahentes sint consanguinei, vel amici. Lessius & alij 4. p. 5. tr. 14. ref. 39.

10 Chirographa, seu debita, quæ spem
habent exiguum solutionis, exiguo pre-
cio emi possunt, et si emptor inte-
gram solutionem sit obtenturus: hoc

O s enim

enim dandum est industriæ, & bona
fortunæ. Molin. & alij 3. part. 1. tradi.
resol 50.

11 Qui bonâ fide rem emit à fure, quan-
durante bonâ fide vendidit alteri, i-
deinde sciat rem illam fuisse furto ab-
latam, potest sibi pretium retinere, mo-
dò eam vendiderit eodem pretio quo
emerat; neque tenetur rescindere con-
tractum cum emptore, sed tantum in
furo conscientiæ illi cedere actionem
de euictione quam habet aduersus fu-
rem, à quo bonâ fide emit. Nauar. &
alij 5. ibid. ref. 68.

12 Qui rem à fure bonâ fide emptam
majori deinde pretio vendidit, non re-
netur domino restituere illud plusquo
factus est ditior: est enim fructus indu-
striæ modò pretium quo ipse emerat
fuerit iustum, et si insimum. Molina &
Layman. p. 3. tr. 5. ref. 41.

13 Qui bonâ fide emit à fure, poste à de-
furto certior factus, potest tutâ con-
scientiâ rem reddere furi, & pretium
recipere, nisi speret se facile posse illud
recipere à domino, si illi rem suam re-
stituat. Vasq. & alij 15. p. 1. tradi. 8. ref. 69.
Idem dicendum de emptore malæ fi-
dei: quia potest quisque sibi potius con-
sulere

fulere, quām alteri. Syluester & alij 8.
p.2.tr.17.ref.4. & p.5.tr.14.ref.87.

Vide *Venditio*.

Episcopus.

1 **E**piscopus extra suam diœcesim po-
test eligere Sacerdotem idoneum,
id est, ab Ordinario approbatum, cui
confiteatur, & non aliud, vt decreuit
Gregor. XIII. Suarez & alij 11. Etsi qui-
dam contrà sentiant. Villalob. & alij 2.
p.3.tr.2.ref.3.

2 Rex de licentiâ Summi Pontif. po-
test detinere Episcopum, eoque vti ad
regni administrationem si ita expediat
bono communis (Sanctarel. & alij 4.)
si verò nulla sit necessitas publica, E-
piscopus obligatur ad residentiam de
iure diuino. Sanchez & alij 5. *ibid.* tr.1.
refol.5. Quod verum est etsi sit Cardi-
nalis, exceptis illis sex Cardinalibus
qui habent Episcopatus Vrbi proxi-
mos. Sanctarel. & alij. p.5. tr.2. ref.8. po-
sunt tamen Episcopi à diœcesi abesse
per trimestre etiam animi solùm re-
creandi causâ Sotus & Azor. *ibid.* tr.13.
refol.90.

3 Episcopus habet territorium, & in
eo vti potest iurisdictione contentiosâ,
renen-

tenendo familiam armatam, fiscum, & carcerem. (Felin. & alij 14.) Neque possunt iudices laici certum ei numerum satellitum, vel Officialium præscribere. Barbosa & alij. p. 4. tr. 1. ref. 17. & 10. & p. 6. tr. 1. ref. 5.

4 Episcopi feudatarij Regis, tenentes potius obedire Pontifici, seu Metropolitano, quam Regi. Martha. p. 3. tr. 1. ref. 6.

5 Episcopos posse concedere Bullas quibus aliis concedant suam potestati ordinariam, quoad absolutionem a re seruatis, & dispensationem in votis, cionere dandi aliquam pecuniam in bonum Ecclesiæ vniuersalis, vel particularis, negat Nauar. & Rodriquez: sed affirmit Henr. & alij 2. p. 4. tr. 4. ref. 60.

6 Potest Episcopus vigore Conc. Trid. absoluere ab excomm. cum, qui Monasterium ingressus cum sacrâ virginitate incestum commisit, dummodò sit occultus. Sanch. & alij 2. p. 2. tr. 16. ref. 33.

7 Potestas dispēsandi in irregularitatibus, & suspensionibus Episcopo concessa à Concil Trident. seß. 24. c. 6. non limitatur, ut id fiat intra diœcесim, & in foro conscientiæ tantum. Sanch. & Præpos. p. 4. tr. 4. ref. 116. sed ubi Tridentum

tinum non est receptum, non possunt
Episcopi uti priuilegijs per illud conces-
sis. Sanch. & alij 2. sed alij tamen con-
trâ sentiunt. Zypæus. p. 6. tr. 8. ref. 27.

8 Episcopus non potest visitare hospi-
tale, si fundator in fundatione ipsum
exclusit à visitatione, etiam si Episcopus
non consensisset. Ita Congreg. Cardd.
similiter Confraternitates, & hospitalia
quæ sunt sub protectione Regum, non
sunt ab Episcopis visitanda. Barbosa &
alij 3. p. 1 tr. 2. ref. 84. & 101.

9 Episcopus in alienâ diœcesi non po-
test celebrare Missam in Pontificalibus;
seu cum baculo pastorali, & mitrâ, abs-
que licentia Ordinarij eius loci. Barbo-
sa. p. 3. tr. 6. ref. 36.

10 Potest Episcopus nouum Constitue-
re Canonicorum numerum, & Colle-
gium, nouasque creare dignitates. No-
uarius & alij 2. ibid. ref. 38.

11 Episcopus consecrans chrisma, vel
oleum, seu conferens minores Ordines,
seu consecrans Ecclesiam in peccato
mortali, non peccat mortaliter. Suarez
& alij. ibid. ref. 67. & p. 5. tr. 13. ref. 73.

12 Episcopum qui propter bona tem-
poralia, vel ambitum alium pinguiorē
Episcopatum procurat, peccare morta-
liter,

liter, plures docent. Medina & alij i. si aliqui non nisi de veniali condemnari. Rodri q. p. 4. tr. 4 ref. 100.

13 Archiepiscopus, si fiat Episcopus, non potest uti pallio, nisi Summus Pontifex speciali priuilegio usum pallij concedat: quia pallium est proprium gestamen Archiepiscoporum in certo loco. Vnde nec potest Archiepiscopus de uno Archiepiscopatu translatus ad alium, uti pallio priori. Azor. & alij. p. 3 tr. 6 ref. 37.

14 Si vigilia S. Matthiae incidat in ultimum diem Bacchanalium, potest Episcopus transferre iejunium in praedictis Sabbathum, ne violetur iejunium. Layman. *ibid.* ref. 66.

15 Officiales Episcopi nihil possunt accipere ne quidem ratione laboris pro licentiâ audiendi confessiones, concionandi, &c. sicut nec delegati in dispensationibus matrimonialibus, vel executoriis indulgentiarum. Barbos. p. 5. tr. 1. ref. 70. & 71.

Eucharistia.

I **S**i sunt aliquæ guttæ vini in calice separataæ à toto vino quod in ipso calice continetur, probabiliter indicantur.

possunt non consecratae: quia Sacerdos illud tantum intendit consecrare quod per modum vnius continui potabile existit intra calicem. Suarez & alij 2.
p.2.tr.17.ref.16. & p.3.tr.4.ref.32.

2 Panis ex aqua rosaceae facies non est materia apta Eucharistiae. D.Thom. & alij 6.etsi dubitet Cajetan. & contrarium non improbabile doceat Valent.
p.6.tr.7.ref.18.

3 Quilibet sub mortali tenetur ritum Ecclesiæ suæ seruare; Latinus Sacerdos consecrando in azymo, Græcus in fermentato, etiam dum transit per Ecclesiæ Latinas. Conins & alij 2. p.3. tr.6. refol.99.

4 Eucharistia non est ad salutem necessaria necessitate medijs sed solius precepti. Suarez & alij 6 p.5 tr.13.ref.28.

5 Etsi feriâ sextâ parascenes communicare non sit illicitum; (Vasq. & alij 6.) tamen qui voulisset communicare singulis festis B. Virgin. non teneretur festo Annuntiationis in eam feriam incidente. p.6.tr.6.ref.19.

6 Qui accedit ad communionem voluntariè distractus, videtur non peccare venialiter: Sancius. Imò neque qui cum affectu peccati venialis. Ledesm. etsi
alij

alij contrà sentiant. Layman. p.3. tr. 4.
ref. 31. Accedere verò ad Eucharistiam
ipso die habitæ copulæ, est contra-
uerentiam Sacramenti; ideoque mino-
expedit coniugatis. Sanchez & alij u-
etsi Sancius iudicet suadendum illi
quidem, vt tunc à copulâ abstineant
non tamen, vt non communicent, po-
sito quod non abstinuerint, sicut ne-
que post voluntariam pollutionem, au-
etiam fornicationem. *ibid. tr. 6. ref. 71*
& *p. 5. tr. 13. ref. 65.*

7 Potest Eucharistia ministrari reo
ipso die quo est suppicio afficiendus
etiamsi non sit ieunus. Suarez &
ibid. ref. 59. Imò etiam vnicâ ho-
re mortem quando hæc differritur
potest. Sancius & alij *p. 5. tr. 3. ref. 38.*

8 Communicatus, vel celebratus
qui dubitat an mortaliter peccauerit,
V.G. delectationi morosæ consenserit,
tenetur prius confiteri: (etsi con-
sentiat Reginald. & Marchin) nam aliis
peccata dubia numquām essent con-
tenda *p. 6. tr. 6. ref. 32.*

9 Qui suscipit Eucharistiam in pecca-
to mortali, vnum tantum peccatum
committit sacrilegij contradignam Sa-
cramentisumptionem: neque omissi-

CON-

confessionis ante communionem, constituit peccatum distinctum; quia confessio ordinatur ad dignam Eucharistie sumptionem; Turrian. & Fay. Idem est si quis praecepto humano v. g. excommunicatione prohibitus eslet communicare. Vasq. & Lugo p. 3. tr. 4. ref. 35. & p. 5. tr. 13. ref. 62.

10 Qui ad linteum altaris adstat paratus communicare, si recordetur aliquius peccati mortalis in confessione per obliuionem omisso, non teneretur ante communionem redire ad Confessarium. Idem dicendum de Sacerdote stante ad altare, sufficit enim tunc elicere contritionem, cum proposito postea confitendi. Quæ vera sunt ei si possit recedere sine notâ, & scaudalo. Henr. & alij s. p. 3. tract. 4. ref. 77. & p. 5. tr. 14. ref. 6.

11 Quando aliquis non posset communionem omittere sine scandalo, neque confessio posset ante illam integrè absoluiri, posset communioare sine confessione eliciendo contritionem: quod si hanc putaretur non posse obtinere, posset dimidiari confessio. Granad. p. 5. tr. 14. ref. 53.

12 Qui inter celebrandum, vel iam
P. iam

iam recepturus Eucharistiam, recordatur alicuius peccati mortalis, in quumque angustiâ temporis debet, qua potest, elicere actum contritionis, cum Deus semper sit paratus præbere auxilium. (Ochagavia) aliter tamen sentit Vasq. & Huius ad p. 4. tr. 4. ref. 98.

13 Pueri prias sunt capaces Sacramenti Pœnitentiae, quam Eucharistiae, nam minor rationis usus, & discretio ad illud requiritur. Suarez, & alij 19 Sanci tamen contendit utrumque præcepit eodem tempore obligare, licet ob communionem in Paschate omissam annum 14 non ligentur censuris. p. 4. tr. 6. ref. 70. & in addit. 3. p. ref. 19.

14 Surdus, & mutus etiam extra articulum mortis communicare potest, & quæ ac consideri; nam æquè videtur quoad utrumque Sacramentum possit instrui: quando autem, & quoties id possit, iudicio prudentis confessarij remittendum. p. 5. tr. 6. ref. 6. & 7.

15 Qui præuidet se in Paschate à sacramunione impeditum iri, non tentur tempus præscriptum præuenire dummodo intra eum annū semel communicauerit. Layman & alij 2. Qui vero tunc non communicauit, non tentat

tur postea communicare. Granad. & alij 16. Sed contrarium est probabilius. Suarez & alij 10. Qui autem communicauit indignè, satisfecit præceptio Ecclesiæ; quia Ecclesia nihil præcipit, quam ut in Paschate corpus Domini sumatur. Suarez & alij 6. p. 3 tr. 4 ref. 42. 41. & 43. & p. 5. tr. 13 ref. 3.

16 Quando Regulares celebrant in priuatis oratoriis, possunt alii ministare Eucharistiam, non obstante ptohibitione Episcopi. Suarez & alij 2. p. 4.
tr. 4. ref. 14.

17 Quando in privilegiis Regnularium,
vel Bullæ Cruc. quoad ministrandam
Eucharistiam excipitur dies Paschæ, in-
telligitur communio paschalis forma
liter, siue per quam satisfiat præcepto.
Suarez & alij 9. ibid. ref 81.

18 Regulares virtute suorum priuilegiorum possunt in die Paschatis ad impletendum præceptum annuæ communionis, peregrinis, & aduenis Eucharistiam ministrare: nulla quippe sit Parochis iniuria. Sanch. & alij 4. p. 3. tract. 1. ref 12. Imò & quilibet alij sacerdotes communicando apud Regulares, satisfaciunt Ecclesiæ præcepto. Rodriguez & alij 4. quibus libenter adhaerent,

nisi obstaret declaratio Congregat. p.
er. 14. ref. 73. & p. 6. tr. 7. ref. 58.

19 Sacerdos in peccato mortali mini-
strans aliis Eucharistiam , non peccat
mortaliter. Quia est tantum veluti ap-
plicans actiua passiuis : in aliis autem
Sacramentis Sacerdos simul conficit, &
ministrat. Vasquez & alij 7. p. 2. tra. 14.
ref. 23. & tr. 17. ref. 13.

20 Si Sacerdos ex confessione sciat alii
quod delictum alicuius non emenda-
tum , non debet illi Eucharistiam oc-
culte petentidene negare: esset enim tac-
ta exprobratio peccati in confessione
auditi , quod repugnat eiusdem sigillo.
Sanchez & alij 12. p. 3. tr. 4. ref. 46.

21 In dubio an peccator publicus sit
an occultus , danda est ei Eucharistia.
Ochagavia. Qui autem indigno mini-
strat , non peccat dupli peccato, &
contra proprium officium , & coope-
rationis peccati proximi: sed unico tan-
tum, quod Sacramentum conferat in-
digno , id enim utrumque inuoluit.
Præpos. p. 4. tr. 3. ref. 54. & tr. 4. ref. 103.

22 Non licet peccatori occulto scien-
ti & volenti ministrare hostiam non
consecratam. D. Thom. & alij 15. Non
ausim tamen contrariam sententiam
im.

improbabilitatis damnare, quam docēt
Villalobos & San Iuan. p. 4. tr. 4. ref. 47.
23 Potest Sacerdos non tantum in ca-
su necessitatis, sed etiā deuotionis cau-
sā, seipsum communicare extra Missam
ex præconsecratis hostiis vbi non est
alius Sacerdos à quo accipiat Eucha-
ristiam, (Suarez & alij 3.) qualibet et-
iam diei horā, modò sit iejunus, & ab-
sist scandalum. Henrig. & alij 4. Præsta-
ret tamen in quovis casu Diaconum il-
lam ministrare Sacerdoti, quām hunc
suis manibus sumere. Præpositus & alij
2. p. 2. tr. 14. ref. 53. & p. 5. tr. 3. ref. 48.

24 Si quis etiam laicus in mortis arti-
culo constitutus, ministrum idoneum
non habeat, à quo Eucharistiam sumat,
nihil obstat videtur, quo mintis se-
ipsum communicare possit; exemplo
Mariæ Scotiæ Regniæ. Suarez & alij 3.
Imò etiam alios communicare potest
in dicto casu. Coninc & alij 5. Multò
magis absente parocho, vel iniustè ne-
gante viaticum, potest Religiosus illud
ministrare. Suarez & alij. 7. sicut sine li-
centiâ parochi possunt illud ministrare
suis familiaribus. p. 2. tr. 4. ref. 47. & p. 5.
tr. 3. ref. 47. 51. & 52.

25 Omnis fidelis qui non est notorius

R 3 ex-

excommunicatus, nec notorius peccator, si inciderit in amentiam, debet Eucharistiam in articulo mortis sumere, modò absit irreuerentia, & periculum vomitus. D. Thom & alij 3. Extra illum articulum amentes non sunt communicandi. Imò & infidelis in articulo mortis naturalis, vel violentè conuersus ad fidem, statim post baptismum est communicandus. (Sancius.) Pueri verò in articulo mortis dari potest etiam quando dubitatur an sint dolentes, & sufficienter discernant hoc Sacramentum. (Lugo & Posseuin.) nō tamen obligantur eam sumere nisi è aetate quā obligantur præcepto Ecclesiastico. (Vafq. & alij 3.) hoc autem nō tenentur ante annos pubertatis. Mzrat part. 2. tract 14. ref. 78. & 79. & p. 5. tract. 3. refol 45. 45. & 44. & tract. 14. ref. 50.

26 Si infirmus sex, aut octo diebus antequam in mortis periculum incidet, communicauerit, non obligatur iterum sumere Eucharistiam per modum viatici (Layman) multo minùs si in articulo mortis sumpserit, et si posteà iterum peccarit. (Lugo & alij 3.) sed alij putant sufficere si in Paschate

com.

communicauerit. (Caiet. & alij 5.) sed contrarium est tenendum. quamuis etiam quidam doceant, simpliciter omittere Eucharistiam in articulo mortis, non esse mortale. Bonauent. & alij 5. p. 3. tr. 4. ref. 40. & p. 5. tr. 3. ref. 43. & 42.
27 Qui manè communicauit, & à prandio incidit in periculum mortis, potest iterum communicare conformiter sententiæ afferenti, per priorem illam communionem non esse satisfactum præcepto diuino communicandi in articulo mortis Hurtadus, & alij 2. p. 4. tr. 4. ref. 197. & p. 5. tract. 3. ref. 33. & p. 6. tr. 6. ref. 18.

28 Si infirmus volens se reconciliare dum ei fertur viaticum, deprehendatur multas confessiones inualidas fecisse, & infirmitas sit ita periculosa ut absolutio differri non possit, audiatur per medium horam, & moneatur de persciendâ postea confessione si viuat, sic enim vitari poterit nota à comitâtibus SS. Eucharistiam: si autem morbus non sit ita periculosus, nec speretur confessio per medium horam integrè posse fieri, curet confessorius ut eliciat actum contritionis, & det ei communionem monens de obligatione quam habet inter-

grē postea confitendi, accersito confid.
fario prætextu alicuius negotij. Gr.
nad. & Zambran. p. 5 tr. 3 ref. 75.

29 Si Eucharistia ob mortis periculum
sumpta sit à non ieuno, potest iterum
ita accipi sexto post die, Fillius & ali-
q. Imò si quis assuetus frequenter com-
municare, aut sacrificare, propter de-
uotionē, ac desiderium ægrē abstineat,
permitti ipsi potest, ut altero statim de
communicet non ieunus, dummodo
mortis periculum instare videatur, Lay-
man. p. 2. tr. 14. ref. 75. & 77. part. 3. tr. 4.
ref. 44. & p. 5. tr. 3. ref. 37. & aliqui gene-
ratim docent ab infirmis non ieunis-
posse toties sumi, quoties à sanis ieu-
nis: quod ab hac lege in Concil. Con-
stantiensi excipientur infirmi, sine vīlā
limitatione. Hurtad. p. 4. tr. 4. ref. 195.

30 Si æger laboret difficultate aliquid
transmittendi, potest ei dari commu-
nio, imposita parua hostiæ particula in
cochleari cū vino. P. æpos. ib. ref. 104.
scd postea Auctor negat tempore pestis
etiam in periculo contagionis licere
infirmis ministrare Eucharistiam in co-
chleari argenteo, vel oblongiori forci-
pe aut spatulâ, vel ita ut mensæ impo-
natur accipienda ab ægro. ex Benacini.

&

& aliis 4. ibid. ref. 114. & p. 5. tr. 3. ref. 50.

31 Si moriturus non possit hostiam consecratam deglutire debere ei ministrari sacramentum sub specie vini docet Ochagavia; eò quod præceptum diuinum præualeat humano de non sumendâ specie vini à laicis. Sed quidquid de hoc sit, possint species vini à laico sumi, si sacerdos post consecrationem deficeret, nec aliis adesset, & periculum esset ne species corrumperentur, vel deuenirent in manus infidelium. Vasq. & alij. p. 5. tr. 3. ref. 34.

32 Sacerdos sumpto cibo non potest celebrare ad communicandum infirmum morti proximum. Nauarr. & alij. 9. non desunt tamen, qui contrarium probabile putent. Maior & alij. 5. In quatuor autem casibus Sacerdos potest non ieunus sumere Eucharistiam.
1. si aquam pro vino infusam hausit; tunc enim propter integratatem sacrificij debet vinum consecrare, & sumere. D. Thom. & alij. 4. 2. quando post haustum calicem, & ablutionem, videt reliquias hostiæ in patenâ, vel corporali. Henriquez & alij. 5. 3. quando post consecrationem moritur Sacerdos, aut nō potest perficere Sacrum, debet alias

etiam non iejunus succedere , si nullus
ad sit iejunus. 4. quando post consecra-
tionem recordatur se non esse iejunum.
Vasq. & alij 3. Quod si recordaretur an-
te consecrationem, teneretur ab altari
recedere, nisi id fieri non posset sine no-
tâ. Præpos. p. 2. tr. 14. ref. 66. & p. 3. tract. 4.
ref. 33. & p. 4. tract. 4. ref. 104. & p. 5. tr. 3.
ref. 35. Sacerdos verò ipse moriturus si
non potest aliter sumere viaticum, po-
test celebrare non iejunus. Lugo & alij
2. p. 5. tr. 3. ref. 36.

33 Si Sacerdos sumpto iam Christi
Corpore videt se , per imprudentiam,
calicem cum solâ aquâ consecrassit, vel
non infudisse vinum, sufficit ut vinum
infundat, & incipiens ab illis verbis (f.
mili modo) calicem consecret. Scotus &
alij 3 p. 2. tr. 14. ref. 70. Item si finito Sa-
cro in Sacristiâ inueniat aliquod fra-
gmentum in patenâ vel calice , non
debet illud sumere : quia quamdiu est
in altari, illa sumptio refertur ad unum
idemque sacrificium; secus autem si ab
illo discesserit: tamen si nullus aliis Sa-
cerdos esset post illum celebraturus,
qui in eodem calice iejunus accipiat, &
ibi non asseruatur SS. Sacramentum,
tunc potest non iejunus illud fragmē-
tum

rum accipere. Suarez & alij 5. Imò posse illas particulas sumere etiam postquam ad Sacristiam pertuerit quamdiu adhuc sacris vestibus est indutus docet Granad. & alij 2. Neque in his facienda est distinctio quoad magnas particulas, vel paruas. Suar. & alij 2. p. 3. tr. 4. ref. 45. & p. 5. tr. 14. ref. 43. & part. 6. tr. 6. refol. 17.

34 Post ablutionem non potest Sacerdos sumere particulas ab alio consecratas: multò minus laicis infirmis non ieunis dari possunt inuentæ in patenâ, vel pixide. Vafq. & alij 10. Contrarium tamen quoad utrumque docet Marchin. sed an probabiliter alijs remitto. p. 6. tr. 6. ref. 23.

35 Sacerdos qui misit in os aliquid sacciante somnum, si dubitat an post medium noctem aliquid in stomachum traiecerit, non potest illo die celebrare, quia nō est ieunus. Suar. Vafq. &c alij 5. et si contrarium doceat Bauny & alij 2. p. 2. tr. 14. ref. 51. & p. 6. tr. 7. ref. 15. in hac autem ieunij fractione non datur materia parua. Suarez & alij. & contrarium improbabile est, quidquid aliqui dicant. p. 5 tr. 5 ref. 12. & p. 6. tr. 8. ref. 8.

36 Sumere aliquid per os quod non est

comestibile, vel nutritium, non fuit
igit ieiunium naturale, etsi sumatur
intentione sumendi per modum cibi,
quia per intentionem non sunt cibi
quo nomine solūm comprehenduntur
ea quæ per se loquendo alterari possunt
à stomacho, ut non sunt aurum, lapilli,
papyrus, &c. Lugo & alij 8. p. 3. tr. 4.
ref. 38. & p. 5. tr. 13. ref. 1.

37 Qui sumit mane tobachum sive in
folio, vel puluere per nares, sive in fu-
mo, sive in folio sumpto in ore, non
frangit ieiunium naturale. Leone. p. 5.
tr. 13. ref. 1. sicut nec qui reliquias cibi
pridie sumpti dentibus inharentes vo-
luntariè deglutit. Suarez & alij 8. p. 3.
tr. 4. ref. 37. & p. 4. tr. 4. ref. 104.

38 Qui dubitat an sit ieiunus, non te-
netur abstinere à Communione: quia
lex Ecclesiastica de ieiunio à communi-
caturis seruando, non videtur tā ardē
constringere conscientias in casu du-
bio. Sancius & Layman p. 3. tr. 4. ref. 29.

39 Si diuersa sint horologia, & vnum
sonuerit horam 12. mediae noctis, alijud
non sonuerit, potest qui tunc comedit,
communicare die sequenti. Si vnum
tantum sit horologium, si quis bibat
vbi cœpit sonare 12, non poterit die
sequen-

sequentι communicare; quia ad primū
horę pulsum iam est hora expleta , &
horologium est tantum index. Vnde
qui comedit, cùm audit primum pul-
sum horę 12. debet eiicere ex ore buc-
cellam, si die sequenti Eucharistiam su-
mire velit. Sancius & alij. Quamuis ali-
qui putent hoc non Mathematicè, sed
moraliter sumendum, quo modo hora
12. censetur durare usque ad ultimum
pulsum. Bresser. & Trullench. ibi ref. 36.
& p. 4. tr. 3. ref. 19. & p. 6. tr. 6. ref. 34.
40 Sacerdotes sub utraque specie com-
municantes plus gratiæ accipere , alij
aiunt: (Vasq. & alij 4) alij negant: (Sua-
rez & alij 3.) utrimque probabiliter.
p. 5. tr. 13. ref. 29.

Eunuchus.

Non licet Principi , vel parenti ca-
strare filium, quamvis consentien-
tem, ad conseruandam vocem , aut si-
milem causam. Bonac. & alij 6. quam-
vis id affirment Salon. & Pasqualio.
p. 3. tr. 5. ref. 38. & p. 6. tr. 6. ref. 35. & tr. 8.
refol. 36.

Excommunicatio.

Episcopus non potest excommuni-
care, etiam per sententiam, suum
subdi-

subditum existentem extra diœcesim,
vel in loco exempto ; quia iurisdictio
non extenditur extra diœcesim. nomi-
ne autem loci exempti intellige etiam
monasteria Regularium. Si autem sub-
ditus deliquit in diœcesi, potest Episco-
pus illum excommunicare, etiam si ex-
tra diœcesim sit. Coninc & alij 3. Quod
si inchoaret delictum intra diœcesim,
& perficeret extra, non incurriter cen-
suram. Suarez. p.3. tract.5. ref.74. & p.5.
tr.9. ref.66.32.37. & 33.

2 Edictum superioris reuelare in-
bens delictum aliquod occultum, sub
pœnâ excommunicationis intra cer-
tum tempus, non comprehendit eos
qui tempore edicti sunt extra diœce-
sim, vel territorium, vel qui sunt ignari
edicti : quare etsi post elapsum illud
tempus non denuntient, non incur-
runt excomm. quia edictum ultra
præfixum tempus non habet vigorem.
ita Armilla & alij 4. Sed tu à commu-
ni contrariâ sententiâ non recedas p.3.
tr.5. ref.95.

3 Quamuis Episcopus non possit cita-
re subditum suum existentem in aliena
diœcesi; quia hoc est iurisdictionis (A-
uila & alij 7.) potest tamen ipse extra
diœc.

dicecesim existens excommunicare subditum suum quando res est adeò clara ut non indigeat cognitione causæ. Na
uar. & alij 2.p.5.tr.9.ref.34. & 35.

4 Si quis fiat subditus Episcopi post latam ab eo sententiam excomm. v.g. in eos qui non manifestant aliquod fur-
tum, non ligabitur illâ et si ipse sciat; quia non erat subditus cùm ferretur.
Auila & alij 2 ibid.ref.36.

5 Excommunicatus non potest alium excōmunicare nisi sit toleratus, neque Episcopi Inquisitores, neque hi illos.
Megal. ibid.ref.50.135. & 51.

6 Integra communitas non potest per unicam sententiam excommunicari ab homine, sed à iure potest. Hurtad. & alij 2 ibid.ref.38.

7 Excommunicatio debet necessariò ferri scripto, non quidem ut valida sit, sed ut licita, & aliter facientes incurrit suspensionem. Prælati tamen Regulares quando excommunicant per sententiam particularem ad hoc non tenentur ex privilegio Leonis X. aliud est quando id faciunt per modum statuti. Villalobos. ibid.ref.73.

8 Excommunicatio lata ex vi, aut metu, valida est sicut omnia alia per metū facta,

facta, nisi iure impedianter. Suarez & alij 4. *ibid. ref. 69.*

9 Excomm. ferenda, est signum obligationis sub peccato mortali, nisi ad terrorem posita sit, ut fieri solet: (Sanchez) suspensio autem, interdictum, & irregularitas pœnalis, si absolutè non ferantur, sed ferendæ sint, non sunt signum obligationis sub mortali. Castrop. & alij 5. p. 3. tr. 6. ref. 76. & part. tr. 9. ref. 21.

10 Paruitas materiæ excusat interdum ab excomm. vt si quis transiens paucis alloquatur Monialem: sicut excusat à referuatione casus, vt si quis exiguum quid furatus sit in Ecclesiâ. Graff. & Nell. p. 3. tr. 5. ref. 69.

11 Excommunicatio lata secundum allegata & probata, sed ex causâ tamen falsâ obligat in publico ad vitandum scandalum, non in occulto. (et si etiam hoc probabile sit ex eo quod iudex iuste procedat.) neque tunc incurruunt pœnæ excomm. etiam quoad effectus externos inhabilitatis ad beneficia, &c. Suar. & alij. Quod si tantum probabilititer iudicetur iniusta, incurruunt etiam omnes pœnæ, modo iudex etiam ex sententiâ probabili illam ferat. Vasq. &

& alij 2.p.5.tr.9.ref.27.28.29. & 72.

12 Non incurritur excomm. propter opus quod exterius solum est veniale, et si interius sit mortale. Portel & alij 3. Imo nec suspensio, nec interdictum probabiliter possunt validè ferri ob solum veniale. Suarez & alij 3. Excommunicatio tamen lata contra aliquos quorum singuli paruam solum quantitatem furati sunt, valida est. ibi.ref.41.47. & 54.

13 Appellatio à sententiâ excomm. suspendit eius effectum. Hurtad. & alij 11 ibid.ref.30.

14 Sacerdotes priuatim in domibus suis audientes lectorem iuris ciuilis, vel medicinæ non incident in excomm. (Barbos & alij 5.) neque si studeant legibus in scholis publicis, quatenus illud facit ad notitiam iuris canonici. (Sanctarel. & alij 2.) sed hoc intelligendum in foro interno p.3.tr.5.ref.27.

15 Qui narrat consilia regis v.g. Catholici alicui Turcarum, non incidit probabiliter in excomm Bullæ Cœnæ; quia id non exprimitur. Suarez; neque qui arma deferunt ad hæreticos; quia hi non sunt inimici nominis Christiani. Hurtad p.5 tr 13.ref.13. & 14.

16 Qui eadem actione quæ tota simul

Q fit,

242 Excommunicatio.

fit, v.g. explosione bombardæ occidit duos, non incurrit duas excomm. siue committit duo peccata. Suarez & Cornelius. Qui verò plures Clericos percuteret successiue, in tot censuras incurreret quod sunt Clerici. Bonacini. & alij p. 5. tr. 9. ref. 59 & 60.

17 Nemo tenetur vitare eum qui percussit Clericum publicè, & notoriè, nisi percutio sit ciuimodi, ut nullo modo celari, aut excusari possit, quod vix potest constare ante sententiam Iudicis Couarru. & alij 2. p. 3. tr. 5. ref. 14.

18 Percutiens Clericum qui non habet beneficium, neque requisita Concilii Tridentini, incurrit in excommunicationem, quia hic Clericus amittit priuilegium fori, non autem Canonis. Molina & alij 2. quamuis incurrere negant. Suarez. & alij 3. ibid. ref. 82.

19 Clericum seipsum voluntariè pertinientem incurrere excomm. Canonis: si quis suadente &c. negant quidam (Turrian. & Barbos.) quod Canon illud clarè loqui videatur de personâ distinguitâ. Sed plerique contrarium affirmant. Suarez & alij 43. ibid. ref. 81.

20 Ut excommunicatus sit vitandus, non est satis quod sit condemnatus de

crimine, cui certò constat annexam esse excom. sed debet expressè denunciari excommunicatus. Sanch. & alij 2.
p. 5. tr. 9. ref. 61. & tr. 14. ref. 97.

21 In communicatione cum excommunicato est veniale ex paruitate materiæ si exigua pars Missæ v. g. usque ad euangelium cum illo audiatur. Auila.
p. 5. tr. 5. ref. 21. Item si priuatim cum eo recitentur horæ Suarez & alij 9. Item si in horis ipse dicat *Dominus vobiscum;* unde neippe per hoc sit irregularis. Layman & alij 4. imò ab omni peccato id excusant Auila & Hurtad. sed hoc est contra communem. p. 5. tr. 9. ref. 89. & 93.

22 Cum nominatim excommunicato, vel denuntiato communicare in humanis & ciuilibus, non est nisi veniale. Suar. & alij 11. et si frequentissime id fieret. Auila & alij 3. Excipe nisi hoc effet specialiter prohibitum. *Ibid. ref. 2.*

23 Cum excommunicato patre potest filius communicare etiam emancipatus, vel adoptivus, vel illegitimus; imò & nepotes, & pronepotes, vel in eodem gradu affines (Hurtad. & alij) & cum filio pater, cum marito uxori, vel cum uxore maritus, nisi factum esset diuortium: (Suarez & alij) item seruus

244 *Excommunicatio.*

cum domino, quamvis coniugium, vel seruitus tantum cœpissent post excommunicationem. (Con. n. & alij 2.) Item serui, vel filii cum alio seruo, vel filio. (Turrian. & alij) imò & dominus cum seruo. Nostamen sponsi de futuro cum sponsa (Sanch. & alij 2.) nec Religiosi cum Prælato, nisi quoad eam communicationem quæ ab habitantibus in eadem familiâ vitari non potest. Quod si essent tolerati, possebant Religiosi eis obediere, sed non tenerentur. Suarez & alij 4. *ibid. ref.* 118. 119. 120. 122. 123. 124. 125. 126. & 127.

24 Licit a est communicatio cum toleratis ac si non essent excommunicati resalutari autem potest etiam non toleratus. Imò salutatio quæ prohibetur intelligitur de solâ verbali, non de ea quæ fit per signa reverentiae, v.g. apriendo caput. Sayr. & alij. *ibid. ref.* 117. & 116.

25 Excommunicatus valide recipit quævis sacramenta, etiam pœnitentiā, si non peccet eò quod scienter sic sacramentum suscipiat. Suarez & alij 6. quod verum est quamvis excommunicatio sit reseruata, aut quamvis Confessarius sciens peccata haberean-

nexam

nexam excomm. tamen ex malitiâ pœnitentem absoluat. Coninc & alij 6.
p.3. tr.4. ref.78. p.5. tr.9. ref.82.

26 Excommunicatus non peccat contra præceptum Ecclesiæ non audiendo Missam, et si negligens sit in procurandâ absolutione: quia illud præceptum non obligat ad tam remotam dispositionē, sicut obligat præceptum confessionis, & communionis annuę. Suarez & alij 6. Quod si autem inter sit Missa, vel diuinis officiis non incurrit aliquam pœnam, sed illum admittentes incurunt excomm. minorem. part.4. tr.4. ref.57 p.5. tr.9. ref.88. & 95.

27 Excommunicatus potest ingredi Ecclesiam, & ibi orare, et si alij fideles priuatim ibi orent; quia per hoc nō fit communis oratio (Nauar. & alij.) Imò etiam dum fiunt diuina officia, modò solùm ingrediatur ut transeat, non autem ut illis inter sit; quia sic non dicitur communicare in diuinis, etiam si trans eundo flectat, & priuatâ oratione oret. Cajetan. & alij. p.5. tr.9. ref.89.

28 Excomm. toleratus potest ministrare Missæ, si aliis desit, & sit grauis causa celebrandi: nulla tamen Sacra menta licet administrat, nisi propria, vel pro-

246 Excommunicatio.

ximi necessitas excusat. (Præpos. & al.)
Contrahentes tamen matrimonium
non peccant peculiariter ut ministri,
quia illa prohibitio ministrandi sacra-
menta spectat tantum ad Clericos.
Præpos. *ibid. ref. 83. & 85.*

29 Pro excomm. toleratis licet publice
orare, & sacrificium offerre. Henr. &
alij 4. Imò probabiliter etiam pro non
toleratis, si per contritionem iustifi-
centur ante absolutionem (Henr. &
alij 5.) pro his tamen nō potest offerri
sacrificium Missæ. Vasq. & alij 3. quam-
uis contrarium probabile sit. Faber. &
multò certius potest quis priuatas ora-
tiones pro iis offerre, etiam orando pro
ipsis in *Memento tempore Missæ. Filius.*
& alij 3. *ibid. ref. 74. 75. 76. & 77.*

30 Excommunicatus non-toleratus
inualidè absoluit etiam à venialibus.
Aula & alij 2. sed contrarium est proba-
bile. Vasq. Item si ingrediatur ecclesiam
tenetur Sacerdos Missam inchoatam
omittere, ante canonem inceptum, imò
& ante consecrationem, et si contra-
rium sit probabile. Suar. Non est tam
necessariò vitandus in alio loco ubi de-
lictum est occultum. Præpos. & alij, sed
non impeditur à suo debitor exige-
re.

debitum, & hic tenetur soluere. Less. &
alij 2. *ibid. ref.* 84. 92. 134. & 130.

³¹ Excommunicatus non potest esse
actor in iudicio, potest tamen respon-
dere per seipsum, nec procuratore opus
est (Coninc & Præpos.) Nec potest esse
tabellio, & acta essent inualida, nisi ex
consensu partium admitteretur, tunc
enim valerent in foro conscientiæ.
(Suarez) nec potest esse testis, si tamen
admittatur, erit validum testimonium,
(Henriq.) neque esse procurator, aut
aduocatus, nisi quando est toleratus, &
inducitur ab aliis. (Hurtad. & Villa-
lob.) neque tutor, aut curator, sed con-
tractus ab eo initi valent. Neque potest
licitè testari, validè tamen id facit et-
iam cùm excommunicatum instituit
heredem. Suar. Contractus omnes ab
illo facti validi sunt, nisi fiant ab eo ut
à personâ publicâ, ratione muneris, vel
beneficij, tunc enim spectant ad iuris-
dictionem. *ibid. ref.* 110. 111. 112. 113. 114.
115. 129. & 128.

Vide *Absolutio ab excomm.*

Excommunicatio minor.

¹ Excommunicatio minor potest ob-
solum peccatum veniale ferri à iu-
re, non tamen ab homine; quia hæc est

Q 4 grauis

248 *Extrema unctio.*

gratis pœna. Hurtadus p. 5. tr. 9. ref. 5.
2 Qui ministrat sacramenta cum
comm. minori ne venialiter quidem
peccat ; quia tantum priuat pœna
sacramentorum participatione. Suar.
& alij. ibid ref. 3. & 45. & p. 3. tr. 4. ref. 5.
3 Absoluere ab illâ potest qui uis sim-
plex sacerdos quando non est co-
tracta per peccatum mortale, immo-
se etiam quamuis esset per peccatum
mortale, non est omnino à ratione
renum. Hurtad. & alij. p. 5. tr. 9 ref. 3.

Extrema unctio.

1 R enouandum est quotannis oleum
infirmorum, & vetus combi-
rendum in Ecclesiâ, vel in piscinam
iniiciendum: si tamen nullum adstitu-
leum nisi vetus, potest eo inungi mor-
ibundus. Layman. p. 3. tra. 4. ref. 176. &
p. 5. tr. 3. ref. 90.

2 Formam indicatiuam in hoc Sacra-
mento sufficere, alij aiunt. (Becan. &
alij 2.) alij negant. (Coninc & alij 3.)
vt ut sit, hæc videtur sufficere: Vno n
oleo Sancto, & Deus tibi remittat quid-
quid peccasti, &c. Suarez & alij 2. p. 3.
tr. 4. ref. 175.

3 Si Sacerdos omitteret illa verba

(per

(per suam piiissimam misericordiam) conficeret Sacramentum: quia causa principalis operans in hoc Sacramento, sufficienter per verba sequentia exprimitur. Suarez & alij s. ibid ref. 180.

4 Quando extrema unctio esset ad salutem necessaria defientibus aliis Sacramentis posset administrari à nominatim excommunicato, vel suspenso, imò fortè quamvis necessaria ad salutem non esset. Prepositus p. 5. tr. 3. ref. 81.

5 Probabile videri potest sufficere unā olei stillam ad unamquamque unctionem huius Sacramenti. ex Suarez & Reginald. Saltem Sacerdos alio modo vngens infirmum quam in formam crucis, non peccat mortaliter. Suarez & alij s. p. 3. tr. 4. ref. 177. & 178.

6 Sacerdos peste grassante, potest ungere infirmum virgâ oblongâ oleo tinctâ quam postea comburat. Sylu. & Chapeauil. ibid. ref. 167. Imò omisso Crucis signo potest unam tantum partem magis expositam inungere, additâ verborum formulâ. Sed melius est velocissimè unum ex singulis membris inungere, unicâ sententiâ omnium partialium formarum sententias complectente, dicendo: Per istas unctiones &

Q 5 suam,

*suam, &c. quidquid deliquisti per visum,
auditum, &c. Coninc & alij ibid. ref. 11.
& p. 5. tr. 3. ref. 79. & 80.*

7 Si inter vngendum infirmum m-
rерetur Sacerdos, posset alter succed-
re, & vunctiones restantes supplere. Tu-
rian. & alij 5. In modo quando periculum
esset ne Sacramentum non perficer-
tur moriente agroto, licet possent
plures simul diuersos sensus inungere.
Præpos. & alij 5. p. 5. tr. 3. ref. 87. & 88.

8 Ante susceptionem extremæ vncio-
nis non est necessariò præmittenda co-
fessio, vel communio. Filiuc. & alij.
ibid. ref. 92.

9 Etsi probabile sit gratiam conferri
quando vna vncio perfecta est cum
sufficienti forma verborum: (Becan &
Sylu.) probabilius tamen est non con-
ferri, nisi ultimâ vunctione perfecta.
Suarez & alij 8. p. 3. tr. 4. ref. 179.

10 Non suscipere Sacramentum extremæ
Vunctionis, secluso contemptu, & scan-
dalo, non est peccatum saltē mortale.
(Coninc & alij 2.) quia nullum præce-
ptum ad id obligat. Neque tenetur Sa-
cerdos aliis, absente Parocho, id mini-
strare agro, nisi sub veniali, ex lege ca-
ritatis, præterquam si is grauiter indige-

rec.

ret, vt quia aliás sine vllis Sacramentis esset moriturus. Layman. Notandum si Pastor absit, vel si non possit, aut nolit, posse inferiorem Sacerdotem, vel religiosum, etiam renitente Parocho, infirmum inungere. Henrīq. & alij 6. *ibid.* ref. 170. & p. 5. tr. 3. ref. 82.

11 Non est differenda Extrema Vnctio dum infirmus sensu, & cognitione careat; vel constet non posse eum natura- liter superuiuere, id enim est cōtra reuerentiam, & uilitatē huius Sacramēti, quod etiam conduceat ad corporis sanitatē. Sotus & alij 2. p. 3. tr. 4. ref. 175.

12 Moribundus quia alia Sacramenta non potuit suscipere, potest inungi etiam tempore interdicti, ne sine vllis Sacramentis decedat. Henriquez & Zambran. *ibid* ref. 171.

13 Si peste infecti confessi sunt, potest Parochus tutā conscientiā Sacramenta Eucharistia (Maior & Molfes.) & Extremæ Vnctionis illis non ministrare. Vil- lalob. & alij 5. Imò extremam vncio- nem potest omittere quamuis confessi non sint, si perieulum vitæ ex admini- stratione immineat; tum quia potest infirmus per contritionē saluari, tum quia non satis constat extremam vn-

ctio-

252 *Extrema vñctio.*

ctionem sufficere ad delenda mortalia
quoad culpam. Hurtad. & Tanner.
ref. 174. & p. 5. tr. 3. ref. 53. & 83.

14 Quando morbus est diuturnus
hectica, vel hydropisis, si post suscep-
tionem euaserit periculum mortis,
hoc posteà redeunte, debet iterum in-
ungi p. 5. tr. 3. ref. 96.

15 Adulto in articulo mortis recens
baptizato, potest Sacramentum Exmo-
næ Vnctionis absolute conferri. Hen-
riquez & alij 10. p. 3. tr. 4. ref. 172. &
tr. 3 ref. 86.

16 Omnibus pueris post septennium,
nisi constet illos carere usu rationis,
danda est extrema vñctio, licet non
quam communicarint. Layman &
alij 6. p. 3. tr. 6. ref. 89. In dubio autem an
habeant usum rationis, possunt inun-
gi sub conditione. Sancius & alij 2. ibi-
tr. 4. ref. 169. & p. 5. tr. 3. ref. 85.

17 Parochus etiamsi ex confessione
cognoscat puerum numquam actuali-
ter peccasse, debet tamen illum inun-
gere; nam illi proderit hæc vñctio ad
robur acquirendum contra tentatio-
nes, & morbi molestias, &c ad gratiam
augendam. Suarez & alij 6. p. 3. tract. 4.
ref. 181.

18 Phre-

18 Phrenetici in articulo mortis si administrationi extreme vunctionis resistent, ligandi sunt, vel fortiter tenendi: imò id necessarium erit quoties alia sacramenta suscipere non possunt.
Granad. & alij 8.p.5.tr.3.ref.84.

F.

FALSARIUS.

1 **N**on est falsarius qui mutat scripturam in aliquā re quæ nititur veritate, ut si testis aliquis subscriperat, & posteā amissō instrumento alioque confecto, subscribat aliud nomine illius testis. & sic de aliis. Gypt. & alij 6.p.5. tr.14.ref.40.

2 Amissō testamento, vel alio instrumento publico, non licet configere aliud simile: quia eiusmodi falsificaciones licet nemini priuato faciant iniuriam, sunt tamen reipub. perniciose. Couarr. & alij 2.p.3.tr.6.ref.56.

Fama.

1 **O**bicieni verum crimen, sed ita occultum ut alter peccet mortalius illud euulgando, licet dicere: mentiri;